De Polemonis Physiognom... Dissertatio

Richard Foerster

DIEI NATALIS

SERENISSIMI AC POTENTISSIMI PRINCIPIS

GUILELMI

GERMANORUM IMPERATORIS REGIS BORUSSIAE

FAUSTISSIMA SOLLEMNIA

QUORUM LAETITIAM ORATIO

AB ELOQUENTIAE PROFESSORE PUBLICE CONSTITUTO

RICHARDO FOERSTERO

H. T. RECTORE MAGNIFICO

HABENDA INTERPRETABITUR

DIE XXII MENSIS MARTII ANNI MDCCCLXXXVI

IN MAGNA AULA HORA I POST MERIDIEM CELEBRANDA

INDICUNT

RECTOR ET CONSISTORIUM ACADEMICUM

UNIVERSITATIS CHRISTIANAE ALBERTINAE KILIENSIS.

(Paul) INEST RICHARDI FOERSTERI DE POLEMONIS PHYSIOGNOMONICIS DISSERTATIO.

KILIAE
PROSTAT IN LIBRARIA ACADEMICA.
EX OFFICINA SCHMIDTII ET KLAUNIGII
1886.

De Polemonis physiognomonicis.

E physiognomonicis Antonii Polemonis, rhetoris illius Laodicensis, qui sub Traiano atque Hadriano floruit et anno fere aetatis LVI sub Antonino Pio [1]) vita decessit, graece nihil praeter unam sententiam extat, quae sedem invenit in excerptorum farragine e scriptoribus sacris et profanis ab anonymo Christiano facta et servata codice chartaceo saeculi XIV, qui nunc est Bodleianus Clarkii 11 [2]) (fol. 77), e quo descriptam publici iuris fecit Cramer Anecd. Oxon. IV, 255: *ὥσπερ ἐν ὀφθαλμῷ* (corrigas *ὀφθαλμῶν*) *καὶ ὀφρύων καὶ ῥινὸς σχήματος* (corr. *σχήματι*) *χαρακτῆρές τινες ἐγκάθηνται τοῦ τῆς ψυχῆς ἰδιώματος· ὀφθαλμοὶ γάρ φησιν ὁ Πολέμων, ὑγροὶ λάμποντες ὡς λιβάδες ἤθη χρηστὰ ἐκφαίνουσιν.*

Quo maiore autem illud Polemonis opus et apud aequales et apud posteros auctoritate fuit, eo magis ad imaginem eius redintegrandam subsidia circumspiciantur necesse est. Atque haec quidem cum satis multa suppetant, unum quodque eorum quid ad rem propositam conferat hac commentatione exponam.

---

[1]) Sub M. Aurelio demum mortem eum obiisse statuit Rosius (Anecd. I, 72) fretus loco Philostrati qui est in vitis sophistarum I, 25, 7 (p. 49, 27 ed. Teubn.) *Μάρκου δὲ τοῦ αὐτοκράτορος πρὸς αὐτὸν εἰπόντος, τί σοι δοκεῖ ὁ Πολέμων; στήσας τοὺς ὀφθαλμοὺς ὁ Ἡρώδης ἵππων μ' ἔφη ὠκυπόδων ἀμφὶ κτύπος οὔατα βάλλει, ἐνδεικνύμενος δὴ τὸ ἐπίκροτον καὶ τὸ ὑψηχὲς τῶν λόγων.* At quomodo regnum M. Aurelii videre potuit, qui a Traiano imperatore *ἀτέλειαν* quandam nactus et iam LVI fere aetatis anno mortuus est teste eodem Philostrato I, 25, 3 (p. 44, 3) *τὰ δὲ ἐκ βασιλέων αὐτῷ τοιαῦτα· Τραιανὸς μὲν αὐτοκράτωρ ἀτελῆ πορεύεσθαι διὰ γῆς καὶ θαλάττης, Ἀδριανὸς δὲ κτλ.* et I, 25, 11 (p. 53, 31) *ἐτελεύτα μὲν περὶ τὰ ἓξ καὶ πεντήκοντα ἔτη?* Videtur igitur illud de quo verba facit Philostratus colloquium factum esse non tempore quo M. Aurelius imperator, sed adulescentulus apud Herodem Atticum artem oratoriam discens (Capitol. M. Anton. Phil. c. 2) vel Caesar erat, cui coniecturae favent quae M. Aurelius Caesar aetatis anno XXII (mense Iulio vel Augusto anni 143 p. Chr.) ad alterum praeceptorem, Cornelium Frontonem consulem, de Polemone scribit: *Polemona ante hoc triduum declamantem audivimus — si quaeris quid visus sit mihi, accipe. videtur mihi etc.* (Front. ad M. Caes. ep. II, 5 ed. Naber p. 29). — Quid Kayserum (Philostr. vit. soph. ed. Heidelb. 1838 p. 267 cf. p. 339) moverit, ut Polemonem circa annum 85 p. Chr. natum esse contenderet, non satis perspicio, etsi melius, quam quid Gregorovius (Hadrian. p. 353[2]) in animo habuerit eum sub M. Aurelio circa annum 153 mortuum esse dicens. Non ita multum ultra annum 143 vitam eum deduxisse crediderim.

Hac occasione utor adnotandi nummos Smyrnaeos sub Hadriano cusos et inscriptos *Πολέμων (στρατηγός, στρατηγῶν, στρα. διὰ βίου) ἀνέθηκε Σμυρναίοις* (Mionnet, descr. des med. III, 228 n. 1272. 1277 sq. Suppl. VI, 340 n. 1688 sq. Visconti, Iconogr. Rom. III, 39, 5; Sabatier, descr. gén. des contorniates p. 99 t. XV, 8) ad nostrum rhetorem, Smyrnae et amicum et delicias (Philostr. vit. soph. I, 25, 1 sq. C. I. Gr. 3148, 34), aeque referendos mihi videri atque qui sub M. Aurelio cusi et inscripti sunt *Ἄτταλος σοφιστὴς ταῖς πατρίσι Σμυρ Λαο* (Mionnet descr. III, 232 n. 1299 sq. Suppl. VI, 344 n. 1713. Eckhel doctr. num. III p. 163) ad Attalum huius filium ab Eckhelio relati sunt. De magistratibus urbium Asiae provinciae cf. Waddington, fastes des provinces asiatiques de l'empire Romain p. 24.

[2]) Gaisford Catal. Mss. E. D. Clarkii, Oxonii 1812 p. 19. — Pars horum excerptorum e Maximi eclogis manavit. Cf. Wachsmuth, Studien zu den griech. Florilegien p. 138.

1. Agmen incipiat versio arabica, quae continetur codice qui a Golio ex Oriente advectus nunc est in bybliotheca universitatis Leidensis cod. arab. 1206.[1] Summa eorum qui huic bybliothecae praesunt — Guilelmum Nicolaum Du Rieu et Michaelem Ianum de Goeje, interpretem legati Warneriani, dico — benevolentia factum est, ut codex bis mihi transmitteretur, primum anno 1872 Vratislaviam, anno 1884 Kiliam. Ac priore anno, cum ipse linguae arabicae plane ignarus sim, ab Augusto Schmoelders, viro insignis humanitatis, qui interea morte lugenda et suis et litteris abreptus est, facile versionem vernaculam impetravi. anno autem qui praeteriit Georgius Hoffmann, collega mihi coniunctissimus et horum studiorum adiutor paratissimus, operam plane egregiam huic opusculo navavit describendo, emendando, latine vertendo meliusque de eo merebitur propediem in corpore scriptorum physiognomonicorum, quod ego paro, simul cum versione latina edendo.

Versio inscripta ‚liber Aflimuni de physiognomonia' et in LXX capita digesta prima 49 folia codicis implet, qui est formae quartae minoris et secundum subscriptionem[2]) folii ultimi (76) Damasci mense Novembri anni 1356 exaratus est. Scriptura codicis clara, textus vero ipse valde corruptus est, ut aliud praesidium non suppetere aegerrime feras.

Tale quidem iam repperisse mihi visus eram in codice Gothano arabico 1757 (85 P.), cuius foliis septem (inde a 23 usque ad 29) arabica Polemonis physiognomoniae decurtata quidem, sed vestigia operis graeci accuratius codice Leidensi premens contineri a Pertschio[3]) dicitur; sed spem modo conceptam abieci, ubi huius ipsius viri clarissimi benevolentia codex huc missus est et quae foliis illis continentur ab Hoffmanno translata sunt. Incipiunt sane verbis quae latine reddenda sunt: *haec epistula (agit) de scientia physiognomoniae secundum Afilâmûn*, sed opusculum ipsum neque ordinem neque verba Polemonianae physiognomoniae repraesentat, immo vero etiam in rebus ipsis, si excipis paucissimas, ab huius praeceptis recedit et in plerisque cum physiognomonia quae fertur Aristotelis concinit, quamquam etiam nonnulla capita (ut de risu, physiognomonia servorum, de temperamentis) quae apud neutrum reperiuntur assuta sunt.[4]) Neque alius nisi hic falsus Polemo latet in ‚Platone' fragmentorum physiognomonicorum[5]) quae encyclopaediae inscriptae Schebilé Emuna et anno 1360 compositae Meïr Aldabius, Iudaeus Toletanus, inseruit fol. 45 usque ad 52[b] ed. Riv. di Trent. 1558.

Nihilominus Leidensis unicus, ut videtur, codex versionis arabicae maximi aestimandus est. Quamvis enim quando ea orta sit[6]) nondum disceptari possit, tamen quin ex ipso textu graeco, non e versione

[1]) Cf. Catal. var. libr. quos ex Oriente advexit Golius p. 19. Catal. libr. univ. Leid. p. 461 n. 1286. Catal. codd. Orient. bibl. acad. Lugd. III p. 165.

[2]) Latine ea secundum Hoffmannum haec est: *Explicit liber physiognomoniae cum dei summi laude. Scribendi cum finis contigit Damasci in urbe munitissima quam deus tueatur. Lunae die octava mensis Ramadâni magnificentissimi anno septingentesimo quinquagesimo septimo. Laus deo summo soli! Scripsit eum servus dei summi indigentissimus Abdallâh filius Sulaimâni filii Al-Raihâni (?) Mauşilensis, cui deus ignoscat.* Signum numeri *septimo* non omni ex parte certum est; Hoffmannus aeque atque Schmoeldersius prius in eo *primo* dispicere sibi visus est.

[3]) Catal. codd. arab. Goth. I, 151.

[4]) Ex eodem quo hoc opusculum fonte manaverunt pleraque quae Rhazes, celeberrimus saeculi X medicus, in libro de medicina ad Mansorem II cap. 26 sq. de physiognomonia tradit.

[5]) Haec mihi monstravit germaniceque reddidit Maur. Steinschneider, v. cl., qui qua est benignitate de Orientalium studiis physiognomonicis sciscitanti mihi operam suam deesse noluit, postquam iam in opere inscripto Al-Farabi (Mém. de l'acad. de St. Petersbourg VII sér. tom. XIII, 1869 p. 252) in ‚Platone' Polemonem inesse coniecit.

[6]) Versio arabica commemoratur in opere celeberrimo Abulfaragii Muhamedi Ibn Isḥâk inscripto Kitâb al-Fihrist, quod circa annum 987 conscriptum est, (ed. Fluegel. p. 314 cum nota II, 155) et in chronico El-Kiftii († 1248) inscripto

huius syriaca [1]) facta sit dubitari non posse asseverat Hoffmannus. Imprimis autem ex ea lux effulget rationi quae inter Polemonis opus deperditum et libellos superstites qui ex eo manaverunt intercedit recte stabiliendae.

2. Ac primum quidem ea patefacit, quid iudicandum sit de verbis, quibus Adamantius sophista physiognomoniae suae praefatur p. 313 ed. Franz: *Τὴν φυσιογνωμονικὴν μέθοδον ἀπό τε Ἀριστοτέλους ἀναλεξάμενος καὶ ταύτην ἐπὶ πλέον [ἢ] ἐξ ἄλλων ἐρανισάμενος αὐτοῖς τε (δὲ?) τοῖς ἔργοις ἐπιτυγχάνων τῶν ἀνθρώπων ἐγγυμνασάμενος ἔγνων χρῆναι καθάπερ σηκοῖς ἱεροῖς ὡς ἄγαλμα σεμνὸν ἐνιδρῦσαι τοῖς γράμμασι μέγα τοῖς μεθ' ἡμᾶς ἐσόμενον ὄφελος· ἐπεὶ σιγώντων μὲν ἐστιν ἀπόκρισις, λαλεῖ δὲ οἷον τοῖς σημείοις ἡ φύσις τοὺς τρόπους ἑκάστου κηρύττουσα. διὸ παραφράσαι μὲν τὰ Πολέμωνος εἱλόμην τῷ κοινῷ τῆς λέξεως κέρδος κοινὸν τοῖς ἐντευξομένοις περιποιούμενος, προσθεῖναί τε* (corr. *δὲ*) *καὶ τὰ πρὸς ἡμῶν γνωσθέντα τῇ διδασκαλίᾳ.* Docet enim Adamantium sane paraphrasin fecisse operis Polemoniani, at non totius, verum quatenus, ut breviter dicam, dogmaticum fuit. Concinit enim paraphrasis Adamantiana cum versione arabica, [2]) quam Ar dicere liceat, non solum in rebus ipsis, sed etiam in earum ordine, si haec excipis. Primum omnino omisit exempla quibus Polemo placita sua illustraverat et quattuor species hominum quas ille ultimo loco proposuerat, ut quae minus *ἀξιόλογοι* ei viderentur: [3]) quae sunt in Ar *species viri qui morti sine morbo externo propinquus est* (c. 67), *viri cui malum et tristitia imminet inscio* (c. 68), *feminae virorum peregrinorum amantis* (c. 69), *viri qui de magnis calamitatibus cogitat prius quam una ex iis acciderit* (c. 70). Deinde caput quod est de vi signorum extra oculos positorum, quo primum caput in Ar finitur, et caput de ratione physiognomonica ex animalibus et generibus capienda, quod est secundum in Ar, valde decurtavit p. 369 et 370 sq. Denique in ordine ab Ar bis recedit. Primum enim caput *περὶ τῶν ἐκ γενετῆς εὐνούχων*, quod illic descriptioni oculorum *ἐκπεπετασμένων ξηρῶν μαρμαρυσσόντων* exemplo Favorini eunuchi illustratae subiectum est, post descriptionem generis masculini et feminini praebet (p. 376) et speciem *πικροῦ* non, ut Ar (c. 66), post

---

Târîch-el-Hukamâ (Chwolsohn, die Ssabier II, 269 et Fluegel l. l. II, 155). Usurpata est cum in plerisque tum in animalium physiognomonia (cap. 4), sed nimis libere, ita ut non solum verba, sed etiam ordo et res mutarentur, a Dimischkio, qui anno 1256 natus et 1327 mortuus est, in ‚libro rectionis de scientia physiognomoniae' (ed. Cairi 1882) composito illo quidem e septem fontibus graecis et arabicis, quorum Polemo, Aristoteles, Rhazes uterque potissimi sunt. Contra pseudepigrapha, diversa tamen a Gothana, est ‚physiognomonia Polemonis', e qua Abu Ǵa'far Ibn el-Gezzâr, auctor saeculi X, in opere inscripto ‚Zâd al-Moçâfir' lib. VI cap. 1 (cod. Dresd. arab. E. 209 fol. 218v cf. Dugat Journal asiatique 1853 p. 327. Rose Anecd. I p. 175) unicum de cupidinis excitandae ratione placitum profert. De utroque quod tam certo iudicare possum, iterum Hoffmanni debeo amicitiae, qui et Dimischkii editionem Cairensem et Abu Ga'fari codicem Dresdensem excussit. Denique codice Parisiaco Suppl. arab. 963 non, ut ait Leclerc (histoire de la médecine arabe I p. 216), opus physiognomonicum, in quo ‚Philemonis' saepe mentio facta sit, contineri Hartvicus Derenbourg liberalissime me docuit.

[1]) Versionis syriacae mentio facta est a Gregorio Abul-Pharagio Histor. Dynast. p. 86 et 56 ed. et lat. vers. ab Eduardo Pocockio, Oxonii 1663: *Porro e sapientibus Hippocrati coaevis fuit Philemon, qui speciem quandam Philosophiae naturalis, viz. Physiognomicam, callebat, qua conspecto homine ex compositione membrorum de moribus eius iudicium ferret. Est illi hoc in genere liber, cuius exemplar apud nos lingua Syriaca extat.* Codex eius nondum innotuisse videtur, ut ne certum quidem sit, utrum de genuina an pseudepigrapha Polemonis physiognomonia agatur.

[2]) Qui codicem Leidensem descripsit (Catal. codd. orient. III p. 165) versionem arabicam cum eo qui hodie Polemonis nomen prae se fert libello contulit et cum ab hoc eam multum distare cognovisset, auctorem eius etiam aliis fontibus usum esse sibi persuasit, id quod plane a vero abhorrere e nostra disputatione elucebit.

[3]) Cf. p. 132 *ὅρους δὲ εἰδῶν ἀνθρώπων ὑποδεῖξαι ἀναγκαῖον οὐ πάντας, ἀλλ' ὅσοι ἀξιόλογοι αὐτῶν.*

μωροπονήρον, sed inter *ἀνδρογύνον* et *πρᾴον* collocavit (p. 441), si minus in utroque, certe in altero [1]) Polemonis vestigia premens.

Quid Adamantium [2]) ad paraphrasin moverit, coniectura tantum assequi possumus.

Ac fortasse dicet quispiam nisus verbis Adamantii *τὰ Πολέμωνος εἱλόμην τῷ κοινῷ τῆς λέξεως* Polemonem, ut Ionicum [3]) sophistam, Ionica dialecto, quam illa aetate litteris revirescere coepisse constat, hoc opus conscripsisse, formasque ionicas ipsius paraphraseos Adamantianae, quales sunt *σφέων* [4]) genetivus (344, 2) et nominativi tres in *έες* desinentes *κακοφραδέες* (329, 6), *ἀρειμανέες* (354, 9), *πλατέες* (377, 2), ita explicabit, ut eas e Polemonis opere furtim in hanc irrepsisse dicat. At has quidem formas ab Adamantio ipso proficisci potuisse nemo negabit. Et illi coniecturae unum quod superest fragmentum [5]) operis Polemoniani refragatur. Nam ut *ἐκφαίνειν* verbum quod ibi extat etiam ab Herodoto usurpatum est, ita *ἤθη* forma ab Ionica dialecto abhorret. Denique si illa opinio probanda esset, apud Adamantium non *τῷ κοινῷ τῆς λέξεως*, sed *τῇ κοινῇ διαλέκτῳ* exspectares. Ab hac igitur *λέξεως* voce profectus magis probabile duxerim non tam formas singulas quae Polemonis stilum paulo properantiorem vel Secundi grammatici manum correctricem effugerint, Phrynichis autem improbatae sint, [6]) quam totam elocutionem nimis elatam et a communi remotam Adamantio ansam paraphraseos dedisse.

Quae autem hic addidit — nam *προσθεῖναι καὶ τὰ πρὸς ἡμῶν γνωσθέντα τῇ διδασκαλίᾳ* profitentem eum modo audivimus — paucissima sunt. Nam quae primo quidem obtutu arridet opinio quicquid in Ar desit Adamantianum esse accuratius examinanti stare non potest. Nam etiam in Ar.

[1]) Hoc demonstrat interpres Latinus (Anecd. ed. Rosius 1. 159, 8), de quo mox verba fient.

[2]) Quando is vixerit, certo definiri nequit, quamquam quin alius fuerit atque *ὁ ἰατρικῶν λόγων σοφιστής*, de quo Socrates Hist. eccl. VII, 13 verba fecit, dubium esse mihi non videtur. Is enim qui a Cyrillo patriarcha anno 415 Alexandria expulsus est Iudaeus fuit et *ἐπαγγειλάμενος χριστιανίζειν* ab Attico episcopo Constantinopolis veniam reditus impetravit. Ab hoc abhorrent verba prooemii quae supra laudavi *ἔγνων χρῆναι καθάπερ σηκοῖς ἱεροῖς ἄγαλμα σεμνὸν ἐνιδρῦσαι*, quae virum *θρησκείᾳ* ethnicae deditum indicant. Non diversum eum fuisse ab eo qui *περὶ ἀνέμων* scripsit Rosii (Anecd. I p. 25) est opinio, quam non repudiaverim, quamquam difficultatem quae ei obstat praetermittere nolo. Physiognomon enim, ut omnia quae litteris mandaverit in scriniis retinuerit, ita ne hoc quidem opusculum, quod *τῷ χρόνῳ* i. e. sero, aetate provectus scripserit, sese prompturum, immo vero posteris reservaturum fuisse, nisi Constantinus amicus petivisset, ut secum communicaret, diserte testatur (p. 315, 2 sq). Haec cum verbis Adamantii *περὶ ἀνέμων* auctoris qui sese hunc libellum amico examinandum mittere et si quid ille omissum deprehenderit, statim completurum, interea autem *περὶ ὀνείρων γενέσεως* scribere coepturum esse dicit (p. 48, 11 R.), haud alio pacto conciliabis nisi ut haec post physiognomoniam editam scripta esse statuas. Haec autem *περὶ ἀνέμων* scriptoris verba num senis esse tibi videntur? Et *κατὰ τὰ προλαβόντα* formula significans: ‚in praecedentibus' quae legitur *de ventis* 38, 3, num iam apud scriptorem saeculi III, quo hunc floruisse Rosius putat, occurrit? Denique ne illud quidem silentio praetermittere velim, quod studium hiatus vitandi in physiognomonia paulo minus quam in libello de ventis conspici mihi visum est.

[3]) *Τὸ Ἑλληνικὸν* et *τὸ Ἰωνικὸν γένος* apud Adamantium p. 412, 4 (*εἰ δέ τισι τὸ Ἑλληνικὸν καὶ Ἰωνικὸν γένος ἐφυλάχθη καθαρῶς*) distincta sunt haud aliter atque ab Appiano liber X historiarum Romanarum inscriptus erat *Ἑλληνικὴ καὶ Ἰωνική* (Phot. bibl. 16a12) et a Cassio Dione pluries *Ἑλλὰς καὶ Ἰωνία* dicitur (49, 44. 58, 25; 59, 29). Versio arabica (c. 35) quod hoc discrimen non fecit, haud mirabimur, cum Graeci universi ab Arabibus Iones dicantur.

[4]) Haec est melioris codicum classis lectio, peioris *σφῶν*. Duos locos, quibus *σφᾶς* pro *αὐτούς* positum est (341, 3 et 415, 7) ut illic *σφέων* pro *αὐτῶν*, prorsus praetermitto. Nam hic usus, quamquam et ipse ex Iade fluxit, illa aetate etiam in litterarum operibus non Ionica dialecto conscriptis creberrimus est.

[5]) Cf. p. 1.

[6]) Phryn. ept. 271. 170. 421 et Io. Doxop. in Hermogen. de id. VI, 94 Walz, quamquam ea verba quae Kayser (Philostr. vit. soph. p. 268) ex hoc laudavit, non ad Polemonem, sed ad Procopium solum spectant.

vel interpretis vel librarii culpa nonnulla desunt. Ut a gravissimo incipiam, Polemonis opus eodem modo atque Ar quae statim ab oculorum descriptione exordium facit, prooemio caruisse cum per se incredibile sit, tum quae Adamantius, postquam de opusculi sui ratione locutus est, inde a verbis *θείων δὲ ἀνδρῶν εἴπερ ἄλλο τι καὶ τὸ φυσιογνωμονεῖν εὕρημα* (316, 4) usque ad *ταράξῃ τὰ σημεῖα* (325, 6) de physiognomonia praefatur, aeque atque reliqua pro paraphrasi habenda sunt. Neque enim solum per se maxime idoneum prooemium exhibent, sed etiam in fine verbis *τὰ δὲ πολλὰ τῶν σημείων καὶ τὰ σύνολα τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐνίδρυται καὶ ὥσπερ διὰ πυλῶν τούτων ἡ ψυχὴ διαφαίνεται· δεῖ δὲ ἀκριβῶς τε καὶ λεπτῶς ὁρᾶν τε καὶ καταμετρεῖν τὰ ὄντα ἐν αὐτοῖς σημεῖα* (p. 324, 10) causa explanatur, qua motus auctor a b o c u l i s o r d i a t u r. Et cum Adamantium, qui nihil aliud nisi Polemonis vestigia *δουλοπρεπῶς* premit, merae signorum et formarum descriptioni tam aptum prooemium excogitasse haud facile quisquam crediderit, tum multae huius sententiae in prooemio tertii libelli qui idem maximam partem e Polemone manavit, reperiuntur. P h y s i o g n o m o n i a m dico l a t i n a m a Rosio Anecd. I. p. 103 sq. editam, de qua statim plura dicentur.[1]) Conspirant enim, si summam rerum respicis, Adam. 319, 6 — 9 et Anecd. 110, 8 — 11; Adam. 319, 9 — 320, 2 et Anecd. 110, 3 — 6; Adam. 320, 2 — 9 et Anecd. 111, 11 — 16; Adam. 320, 11 — 321, 10 et Anecd. 109, 17 — 24; Adam. 324, 10 — 12 et Anecd. 110, 12 — 16; Adam. 325, 2 et Anecd. 111, 8 — 9; Adam. 325, 3 — 6 et Anecd. 111, 19 — 20. Hoc igitur prooemium ut magis probabile est ipsius interpretis Arabis, ut qui signorum et formarum descriptione contentus generalem expositionem recusaret, quam librarii culpa omissum esse, ita sunt complura, in quibus ambigas, utrum huic an illi defectus opprobrio vertendus sit, ut Adam 340, 9 *ἐὰν δὲ ξηρότεροι ὦσιν* — 341, 4 *κακοῦργοι καὶ πάντολμοι* = Anecd. 123, 16—18; Adam. 355,5 *καὶ ὀφρύες* — 6 *βλέφαρά τε ὀρθά* = Anecd. 126, 17; Adam. 365,4 *εἰ δὲ τοιοῦτοι* — 5 *συνέχονται* = Anecd. 129, 18—20; Adam. 375, 7 *τῶν δὲ ὀρνίθων* — 8 *θηλύμορφον* = Anecd. 129, 8; Adam. 382, 3 *ὅμοια* — *λέγε* = Anecd. 143, 1; Adam. 393, 3—395, 3 = Anecd. 136, 23—137, 21; Ad. 414, 8 *τὸ δὲ φλογοειδὲς χρῶμα ἐμμανές* = Anecd. 151, 14; Ad. 428, 4 *ὅταν δὲ ὑποβρυχᾶται* — 6 *κατηγορεῖ* = Anecd. 149, 7; Adam. 444, 1 — 448, 2 = Anecd. 160, 3—162, 5.

Quae autem cum et in Ar et in Anecdotis, quae iam La litteris significare liceat, desint ab Adamantio addita videri possint, si recte, ut videtur, praetermittimus prooemium, restant haec paucissima: 439, 6 *κινεῖται δὲ ὥσπερ οἱ ὑπέρινοι*; 337, 8 *ἀνάλκιδες γάρ εἰσι κατὰ τοὺς λαγωούς*; 411, 6 *ὡς γὰρ ἐν βραχεῖ δηλῶσαι* — 412, 2 *μετελθόντας κατωκηκέναι*; 361, 8 *χαιρούμενος μέντοι τοῖς ἐπαίνοις καὶ τιμαῖς, πειθόμενος μέντοι καὶ δώροις*, sed ne tres quidem ultimi loci prorsus certi sunt. Nam secundo et tertio loco cum in La non solum verba quae laudavi sed tota de oculis variis et de regionum diversitate capita, quae sunt apud Adamantium 337, 1—338, 1 et 408, 7—413, 7, desint, verba vel auctoris vel librarii culpa omissa esse possunt, et ultimus locus in La hiat,[2]) ut de verbis lacuna abreptis agi possit.

3. Iam ut eluceat, quo iure in hac quaestione ad auctoritatem huius p h y s i o g n o m o n i a e L a t i n a e provocaverim, pauca de eius consilio ac ratione dicenda sunt.

---

[1]) Quemadmodum ea recensenda et emendanda sit, dissertatione quam in Fleckeiseni annalibus philologicis propediem prodituram esse spero fusius exposui.

[2]) Post *extollantur* Anecd. 128, 8 lacuna manifesta est.

Auctor enim qui elementa physiognomoniae tradere sibi proposuit quamquam in fronte operis (p. 105, 1) sua se e tribus auctoribus, Loxo[1]) medico, Aristotele philosopho, Polemone declamatore collegisse diserte testatur, tamen primas inter hos Polemoni tribuit. Longe enim pleraque ex hoc hausit. Iam in prooemio satis libere composito, quo de notione ac ratione physiognomoniae verba facit (p. 105, 1—112, 13), nulli plus quam huic debet; partem autem priorem expositionis ipsius, qua maxima pars operis continetur (p. 112, 14—152, 4), i. e. doctrinam signorum totam ex hoc ita sumpsit, ut paucissima e Loxo et Aristotele (133, 19 sq.; 138, 1; 144, 12) immisceret et ordinem tantum capitum mutaret.[2]) Polemo enim postquam de potissimis signis, quae sunt oculorum, exposuit, ab unguibus pedibusque ad caput ascendit et appendicis loco de coloribus, crinibus totius corporis, motu, incessu, spiritu, voce agit. La autem a capillis atque capite ad pedes descendit et ab his ad crines reliqui corporis, motum, incessum, spiritum, vocem, colores transit. Et postquam his pauca quae Loxus et Aristoteles aliter praeceperunt subiecit (p. 152, 5—156, 23), etiam in parte altera, quae est de formis, totus e

[1]) Hanc ego nominis formam retinendam neque eam ea quam Rosius (Anecd. I, 82) probante H. Sauppio (Goett. gel. Anz. 1866, I p. 22) dispexisse sibi visus est Eudoxi mutandam esse censeo, quamquam quis et quando ille fuerit dicere non queo. Nam forma ipsa nominis, etsi neque in litteris neque in titulis eam mihi adhuc obviam factam esse confiteor, non habet offensionem. Extat forma feminina *Λοξώ*, nomen famulae Dianae. Neque significationem si respicis, diversa sunt nomina *Ξάνθος, Γλαῦκος, Σῖμος, Γρῦπος, Πύρρος, Φρίξος*. Et forma Loxi ut constans est in omnibus physiognomoniae Latinae codicibus, ita etiam unico loco occurrit quo praeter illam eius mentio facta sit Origenis c. Cels. I § 33 p. 26 Lomm. *ἐὰν δὲ καὶ τὰ τῶν φυσιογνωμονούντων χρεῖῃ εἴτε Ζωπύρου εἴτε Λόξου εἴτε Πολέμωνος εἴτε οὑτινός ποτ' οὖν τοιαῦτα γράψαντος καὶ ἐπαγγειλαμένου εἰδέναι τι θαυμαστόν.* Errorem fontis utrique scriptori communis causam fuisse, cur apud utrumque forma eundem in modum corrupta legatur, ut Rosio ipsi improbabile, mihi plane incredibile videtur. Nam scriptori Latino exemplar libri Loxi in manibus fuit, ut ipse testis est dicens: *Ex tribus auctoribus quorum libros prae manu habui Loxi medici, Aristotelis philosophi, Polemonis declamatoris.* Itaque huius ipsius exemplaris titulus eandem labem contraxisset quam illius cuius notitia apud Origenem est, nisi forte eodem exemplari utrumque usum esse sumere vis. Iam in titulo archetypi nomen auctoris male exaratum esse haud facilius credas quam utrumque scriptorem in nomine legendo eundem in modum turpiter errasse. Quin etiam tertium idem error commissus esset, si *,Phisionomia Loxi Medici'* quae in testamento Everardi comitis Tarvisiani anno 873 condito nominatur (Aubertus Miraeus opp. diplom. et hist. ed. II, Lovanii 1723 tom. I p. 22. Marchal, Bull. de l'acad. de Bruxelles t. VII p. 111 sq.) ipse Loxi liber fuisset. At id nemo affirmabit, sed facilius est ad credendum illam ,Phisionomiam Loxi' fuisse nostram, nuncupatam e nomine primo in fronte posito. Ac quomodo fieri potuerit ut *Polemonis* nomen in La fere constanter — nam *Polemone* semel in codice Oxoniensi 156,21 extat — in *Palemonis* corrumperetur, facile comprehendimus: Remmii Palemonis grammatici clarissimi nomen illi obfuit. Eudoxi autem nomen celeberrimum cessisse nomini paene inaudito quomodo tibi persuadebis? Denique ne illa quidem de sanguine animae habitaculo sententia quam Loxus amplexus est (p. 105,9) Platonis eiusque sectae propria est, ut de Eudoxo Cnidio, Platonis auditore, iure tuo cogites. Immo vero haec sententia ubi primum ab Empedocle (v. 327 St. Theophrast. de sens. II, 10; III, 23. Cic. Tusc. I, 9,19; 17,41; Plut. Strom. 10 (Diels Doxogr. p. 582); plac. phil. IV, 5,8. Galen. de plac. Hippocr. et Plat. II extr. p. 247 M. Tertull. de anim. c. 5. 15. 20. Theodoret. aff. cur. V, 22 (Diels Dox. p. 391) Chalcid. in Tim. 216 sq.) proposita est, animos virorum doctorum diu multumque agitavit. Ut Socrates adulescentulus *πολλάκις ἑαυτὸν ἄνω κάτω μετέβαλλε σκοπῶν πότερον τὸ αἷμά ἐστιν ᾧ φρονοῦμεν ἢ ὁ ἀὴρ ἢ τὸ πῦρ* (Plat. Phaed. 96 B), ita repulsa est ab Hippone (Arist. de anim. I, 2 p. 405ᵇ 4), accepta a Critia (Arist. l. l. Galen. l. l. Tertullian. de anim. c. 5. Theodoret. V, 18. Nemes. de nat. hom. c. 2) et medicis quibusdam (Hippocr. de nat. hom. I p. 350 K. *τῶν δὲ ἰητρῶν οἱ μέν τινες λέγουσιν, ὡς ἄνθρωπος αἷμα μοῦνόν ἐστιν*), inter quos est auctor libelli *περὶ φυσῶν* Hippocratici I p. 583 K. *ἡγεῦμαι δὲ ἔμπροσθεν μηδὲν εἶναι μᾶλλον τῶν ἐν τῷ σώματι ξυμβαλλόμενον ἐς φρόνησιν ἢ τὸ αἷμα,* quem impugnavit auctor libelli *περὶ φύσιος ἀνθρώπου* I p. 350 et 355. Plato autem non magis quam Aristoteles (anim. hist. III, 19 p. 520ᵇ 15; anim. part. II, 5 p. 651ᵇ 5), Theophrastus (l. l.), Stoici excepto Diogene Babylonio (Galen l. l. coll. II. p. 201 M. et Plut. plac. l. l. cf. Weygoldt in Fleckeis. annal. 123, 508 sq.) hanc sententiam amplexus est. Cf. Zeller, philos. Graec. II, 1 p. 728 sq. Siebeck hist. psychol. I, 2,46, 181,267.

[2]) Ordinem Polemonianum ab Adamantio aliquantulum mutatum, in La vero servatum esse, quae Rosii (Ar. Pseud. p. 697. Anecd. I p. 63) fuit opinio, versione arabica redarguitur.

Polemone pendet inde a descriptione *fortis* usque ad *μωροπόνηρον (cum stultitia nocentem)* (p. 156, 23—162, 5), in fine tantum assuens quae apud Aristotelem, quem non nominavit, vel solum vel aliter praecipiuntur (p. 162, 6—164, 18). Denique postquam physiognomoniam animalium secundum Loxum, ut qui eam brevius quidem, sed planius Polemone et Aristotele persecutus sit, exposuit (165, 3—169, 13), etiam in fine totius opusculi exempla quaedam ad species ultimas illustrandas Polemone auctore profert (p. 169, 16). Nam quod ibi reperitur exemplum ad speciem feminae peregrinorum virorum amantis pertinere versione arabica (c. 69) probatur. Homo enim cuius *vultum se considerasse* dixit Polemo *qui mutaret interius (colorem?) cuiusque oculi differentiam et splendorem vivacitatis suae pupillae [inquit eius] amiserunt*, est raptor novae nuptae. Reliqua exempla cum epilogo opusculi perierunt.

4. Iam ad libellum graecum, qui Polemonis nomen hodie prae se fert transeundum est. Huius apographum duobus rivulis ad nos pervenisse, quorum alter codice Phillippsiano 1576 (C) et versione latina Nicolai Petrei, alter codice Parisiaco 2188 (P) et editione Romana (R) contineatur, epimetro exponam. Titulus in his codicibus libello praepositus est: **Πολέμωνος φυσιογνωμονικόν**, et pars secunda quae est de formis inscriptionem habet **ὅροι ἀνθρωπίνων** (**οὐρανίων** P) **ἰδεῶν** (**εἰδέων** C) **ἐκ τοῦ αὐτοῦ Πολέμωνος φυσιογνωμονικῶν** (**φυσιογνωμι**ˢ C **φυσιογνωμ.** P.) Qua de causa libellus olim pro genuino Polemonis opere habitus est et nunc pro eius epitoma habetur. Neutram vero opinionem probari posse nunc ostendam.

Sola e Polemonis opere alibi nobis tradita sententia quam supra (p. 1) laudavi **ὀφθαλμοὶ ὑγροὶ λάμποντες ὡς λιβάδες ἤθη χρηστὰ ἐκφαίνουσιν** in hoc libello in hanc formam redacta est: **ὀφθαλμοὶ ὑγροὶ λάμποντες ὡς ὕδωρ χρηστὰ ἤθη ἀνδρὸς σημαίνουσιν** (p. 194, 10). Et dictio **βρώσεις εἰδωλοθέτους** quae p. 197, 1 reperitur iam Sylburgio *christianam magis quam ethnicam Philosophiam resipere* visa est, sed cum pergit [1]): *unde non immerito suspicetur aliquis hunc librum aut Attici Polemonis non esse aut a recentiore aliquo magna sui parte transformatum*, ipse ex hac una voce [2]) nihil certi colligi posse sensit. [3]) Sed ad libellum a Polemone sophista abiudicandum et in aevum Byzantinum detrudendum plane sufficiunt sermonis proprietates.

Sexies, i. e. totiens quotiens cum coniunctivo, auctor **ἐάν, ἤν, ἐπειδάν** particulas cum indicativo struxit: 176, 6 **ἐὰν ἔχει**; 188, 4 **ἢν ἔχει**; 247, 2 **ἐάν - εἰσι**; 205, 11 **ἐπειδὰν - εἰσι**; 267, 2 **ἐὰν - ὑπάρχουσιν**; 198, 3 **ἐὰν - ἐπακολουθοῦσιν**; ter post eas indicativum coniunctivo subiecit: 223, 7 **ἐὰν μαρμαρύσσωσιν καὶ φῶς ἐστιν**; 230, 1 **ἐὰν συμβῶσι καὶ αἱ ὀφρύες εἰσὶ κεχαλασμέναι**; 245, 1 **ὅταν ὑποβρύχῃ καὶ μεγάλα ἀναπνεῖ.** Aliquotiens (quinquies), etsi multo rarius quam cum indicativo (quinquagies sexies), **εἰ** particulam cum coniunctivo struxit: 243, 6 **εἰ - ᾖ**; 210, 1 **εἰ - ἐνῇ**; 192, 8 **εἰ - ἴδῃς**; 177, 1 **εἰ - συνέλθῃ**; 219, 6 **εἰ - παρακολουθήσῃ**. Nonnunquam (bis) **εἰς** usurpavit, ubi bona Graecitas **ἐν** requirit: 284, 1 **εἰς γὰρ τὸ πρόσωπον μάλιστα ἐπιφαίνεται μεγαλοπρέπεια** et 309, 5 **εἰς τὸ αὐτὸ διαμένειν**; quin etiam ter **εἰς** c. acc. pro mero dativo adhibuit: 194, 5 **τούτους εἰς τοὺς χοίρους εἴκαζε** [4]);

---

[1]) Aristot. var. opusc., Francofurdi 1587 p. 326.

[2]) Pro glossa marginali verba **καὶ εἰδωλοθέτους** haberi olim volui (Herm. X. 467), id quod iam non probo.

[3]) Ad certam eum sententiam pervenisse ne praefationis quidem verba p. 325 *in multis etiam dictio adeo est impura, ut non Polemonis Atheniensis, sed hominis semibarbari esse videatur* produnt, nisi quod de Polemone, non rhetore Laodicensi, sed philosopho Academico eum cogitasse monstrant.

[4]) Contra 192, 9 **παρείκαζε τούτους τοῖς ὄρνισι**.

238,1 *χαίροντα ἄνδρα εἰς κλεψοσύνας*; 267,7 *εἰς τὸ κακὸν ὑποχαίροντες*. Denique — nam nolo longus esse in re clara — nonnunquam cum substantivo numeri pluralis generis feminini adiectivum vel participium perfecti masculini generis coniunxit: 276,4 *ὅσαι τῶν κνημῶν πλησίον εἰσὶ παχεῖς οὖσαι*; 247,2 *παχεῖαι γνάθοι ἐάν εἰσι διεστηκότες τῶν ὀφθαλμῶν*; 282,9 *ὠμοπλάται εὐρεῖς διεστηκότες*; 299,1 *ὠμοπλάται διεστηκότες μεγάλαι*.[1])

Sed ne alteram quidem opinionem quam olim Rosio (Ar. Pseud. p. 696 sq. Anecd. I. p. 62) potissimum auctore ipse secutus sum hunc libellum epitomam esse operis Polemonis iam amplecti possum. Nullo enim pacto explicatum haberet consensus qualis inter Adamantii et Pseudo-Polemonis libellos conspicitur, si suo uterque Marte epitomatoris munus obiisset. Quid enim? Fieri tu potuisse censes, ut uterque nulla alterius ratione habita et omitteret non solum omnia exempla, sed etiam sententias singulas, ut quae est in capite *περὶ τῶν ὀφθαλμῶν παραμεμιγμένων* in La (123,14): *et quanto magis humidi fuerint et si plerumque palpebras iungunt, veneri et amori gratos et obnoxios profitentur* et in Ar fol. 9r: *multum coitum et stuprum designat, praesertim si oculus humidus sit et palpebris nictat*[2]), et adderet quae in Polemonis opere defuisse putanda sunt, cum et in La et in Ar desiderentur, ut sententiam Adam. 439,6 *κινεῖται δὲ ὥσπερ οἱ ὑπέρινοι* = Pol. 289,6 *κινεῖται ὥσπερ ὑπέρινοι* et formulam merae conclusionis *ταῦτα μὲν περὶ παντὸς τοῦ σώματος*, in qua Adamantius 414,10 et Pol. 186,5 mirum in modum concinunt? Denique etiam qui in plerisque aliis cernitur consensum perfectum quomodo explicabis? Si fontem communem non ipsum quidem Polemonis opus, sed huius epitomam hodie deperditam fuisse statuere velis, Adamantius Polemonis operis ipsius paraphrasin se fecisse diserte testatus tibi obloquitur.

Nihil igitur relinquitur nisi ut Pseudo-Polemonis opusculum, quatenus saltem cum Adamantio concinat, i. e. excepta appendice ab hoc ipso suspensum esse concedas.

Atque ut hanc opinionem[3]) omne punctum ferre intellegas, ambo opuscula quo procedunt ordine in comparationem vocemus. Dictio Adamantiana quemadmodum a Pseudo-Polemone mutata sit, postea clarius elucebit.

Praefatio, ut qua de suo tantum consilio Adamantius verba faciat, quod apud Pseudo-Polemonem omissa est, nihil miramur; in iis autem quae ad commendandam et instituendam physiognomoniam praemisit Adamantius, Pseudo-Polemonem pedisequum habet usque ad verba *εὐλαβεῖς καὶ ἄβουλοι* (corr. *εὔβουλοι*) 178,3. Reliqua pars praefationis excepto uno enuntiato *τὰ δὲ πολλὰ τῶν σημείων καὶ τὰ σύνολα τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐνίδρυται καὶ ὥσπερ διὰ πυλῶν τούτων ἡ ψυχὴ διαφαίνεται* (324,10), quod Pseudo-Polemo mediam in descriptionem oculorum (199,4 *τὰ γὰρ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς σημεῖα εἴδωλά ἐστι τῶν ἐν τῇ καρδίᾳ παθημάτων*) iniecit, omissa est, nisi e parte periit; verba autem quae apud Pseudo-Polemonem 178,3 sequuntur *καὶ ὀρέγονται τοῦ ποιῆσαι, ἄλλοτε δὲ ὑπὸ φόβου οὐ κινοῦσιν* (corr. *κινδυνεύουσιν*) omnino huc non pertinent, sed e fine illius quam modo laudavi oculorum umi-

[1]) Contra 266,1 *αἱ δὲ ἰσχνεῖαι*.

[2]) Post *φίλοι* Adam. 340,9, *σημαίνουσιν* Pol. 212,6.

[3]) Verum sensit Eduardus Taubius, vir doctus, quem sine laude nominare non queo, cum dissertationi inaugurali inscriptae ‚Tractandorum scriptorum graecorum physiognomonicorum praeparatio' Vratislaviae 1862 editae thesin primam subiecit: *Hodiernum Polemonis exemplar libelli physiognomonici magnam partem ex Adamantii demum paraphrasi derivatum est.* Quae contra eum dixit Henrychowskius in libello scholastico inscripto: ‚Ein kurzer Beitrag zur Literatur der Physiognomones veteres' Gnesae 1870 edito p. 28 sq. non flocci existumanda sunt, quod semel dixisse satis habeo.

dorum descriptionis Adamantianae (328,6 *καὶ ποτὲ μὲν ὀρέγονται τοῦ ποιῆσαι, ἄλλοτε δὲ ἀπὸ* (corr. *ὑπὸ*) *φόβου ἢ ὄκνου κωλύονται*) perperam transmigraverunt.

Iam apud utrumque signorum doctrina succedit: in qua, si res ipsae spectantur, Pseudo-Polemo omnino Adamantii vestigiis insistit. Quod autem Polemoni in La, idem Adamantio apud Pseudo-Polemonem accidit: ordo signorum mutatus est. Atque etiam in hac re inter La et Pseudo-Polemonem similitudo est, quod uterque a capite ad pedes descendit; in singulis autem inter se differunt: spiritum Pseudo-Polemo succedere iubet naso et vocem ori; motus et incessus plane desunt. Non item color et crines. Immo vero hi ad id quod contendimus demonstrandum quam maxime idonei sunt. Nam Pseudo-Polemo ut totum *περὶ τριχῶν* caput Adamantianum (p. 417,5—421,5) non mutavit[1]) (p. 189,4—194,8), ita colorum descriptionem male dissecuit. Incepit enim eam sane p. 180,6 aeque atque Adamantius p. 413, sed non ultra colorum totius corporis descriptionem, quae verbis *ταῦτα μὲν περὶ παντὸς τοῦ σώματος* ab Adamantio 414,10 conclusa est, producit, singularum corporis partium color quid significet, tum demum, cum ad eas pervenerit, expositurus. Neque huius consilii immemor fuit. De oculis enim locutus paene in fine etiam coloris descriptionem Adamantianam subiecit[2]) (236,7—238,2); item quae apud Adamantium 415,5—7 de colore faciei et mularum sunt, harum descriptioni 249,5—8 addidit. De pectoris autem colore verba facere paene oblitus est; nam mentionem eius in hoc ipso membro praeteritam in fine demum membri quod sequitur, metaphreni 272,2 fecit. Auctorem a capite ad nationum diversitatem et corporis universi colorem non transiturum fuisse, nisi Adamantianum opus ansam praebuisset, quivis, opinor, concedet.

Praefatio libri alterius (*φυσιογνωμονίας δευτέρας*, ut est in codicibus), qua ab oculis ad reliqua signa transitus fit (p. 368—376), apud Pseudo-Polemonem omissa est excepto *περὶ τῶν εὐνούχων* capite (376,3 - 10), quod in appendice (308,5—309,5) sedem invenit.

In doctrina autem formarum, quae maximam partem libri alterius comprehendit, Pseudo-Polemo, quem iam Po litteris significare liceat, Adamantii vestigia inde a prima (*ἀνδρείου*) usque ad ultimam (*μωροπονήρου*) formam premit, nisi quod in *πικροῦ* et *πρᾴου* forma nonnulla atque haec quidem e parte parum concinne immiscuit ex Aristotelis quae fertur physiognomonia. Quod ut uno obtutu perspicias, has duas formas quales apud tres scriptores extant simul in medium proferam:

(Aristot. 52,5=808a17 B)	Adam. (441,1)	Po (291,1)
πικροῦ σημεῖα	*εἶδος πικροῦ*	*πικροῦ σημεῖα.*
τὸ πρόσωπον σεσηρός, μελανόχρως, ἰσχνός, τὰ περὶ τὸ πρόσωπον διεξυσμένα, τὸ πρόσωπον (μέτωπον?) ῥυτιδῶδες ἄσαρκον, εὔθυθριξ καὶ μελάνθριξ.	*πικρὸν δὲ ἄνδρα χρὴ σεσηρέναι, ὕπωχρον εἶναι, τραχὺ καὶ ξηρὸν βλέπειν, μέτωπον ῥυσσόν, φθέγγεσθαι σφοδρόν, ἀσθμαίνειν, χεῖρας συγκροτεῖν ἢ*	*τὸ πρόσωπον σεσηρός, ὠχρός, ἰσχνός, παχὺ* (corr. *τραχὺ*) *καὶ ξηρὸν βλέπων, ῥυτιδῶδες πρόσωπον* (corr. *μέτωπον*) *ἔχων, φθέγγεται σφοδρόν, εὔθυθριξ,*

[1]) Quod in codicibus Adamantii 420,3 enuntiatum *στέρνα δὲ αὐτὰ καθ' ἑαυτὰ τετριχωμένους θριξὶν ἀμφιλαφέσι θερμοβούλους καὶ δυσψύχους* (corr. *εὐψύχους*) *λέγε* non, ut apud Pseudo-Polemonem 192,6, ante, sed male post enuntiatum *ὤμους δὲ καὶ μετάφρενα τετριχῶσθαι ὀρνίθων ἄντικρυς· μετάρσια γὰρ νοήματα καὶ οὐ στερεὰ δείκνυται* legitur, id culpa quidem archetypi, unde codices superstites fluxerunt, factum esse testantur, si opus est, Ar et La.

[2]) Post *τὰ μαρμαρύσσοντα ὄμματα* 237,11 verba respondentia Adamantianis 416,9 *μαργοσύνην* — 417,1 *ὠχρὰ δὲ ὄμματα* culpa librarii a priore ad alterum *ὄμματα* aberrantis perierunt. Ultimum autem canonem *στίλβοντες ὀφθαλμοὶ ἀφροδίσιοι, οἵους ἔχουσιν οἱ ὄρνιθες* 417,3, ut qui iam non colores spectaret, Pseudo-Polemo omisit.

	ἀνατρίβειν πολλάκις, πόδας ἐπιῤῥήσσειν.	*μελάνθριξ, ἐν τῷ ἀσθενεῖν* (corr. *ἀσθμαίνειν*) *χεῖρας συγκροτεῖ ἢ ἀνατρίβει καὶ πολλάκις πόδας ἐπιῤῥήσσει.*
πραέος σημεῖα (54,6 808a24) *ἰσχυρὸς τὸ εἶδος, εὔσαρκος, ὑγρὰ σὰρξ καὶ πολλή, εὐμεγέθης καὶ σύμμετρος. ὕπτιος τῷ σχήματι. ὁ περίδρομος τῶν τριχῶν ἀνεσπασμένος.*	*εἶδος πράον* (441,6) *ὁ δὲ πρᾶος ὧδε πέφυκε· καρτερὸς τὸ πᾶν εἶδος, εὔσαρκος σαρκὶ ὑγρᾷ μαλθακῇ, τοῖς μέλεσι σύμμετρος, τὸ βλέμμα εὐσταθές, βραδυκίνητος, σχολαία* (corr. *βραδύ, κίνησις σχολαία*), *φωνὴ* <*βαρεῖα*> *μαλακή, τῶν τριχῶν ὁ περίδρομος ἄνω θρώσκων.*	*πράον σημεῖα* (291,7). *ἰσχυρὸς τὸ εἶδος, σὰρξ ὑγρὰ καὶ πολλή, καὶ εὐμεγέθης καὶ εὐσύμμετρος τῷ σχήματι καὶ εὔσαρκος, σὰρξ μαλθακὴ τοῖς μέλεσι, τὸ βλέμμα εὐσταθές, βραχύ* (corr. *βραδύ*), *κίνημα* [*καὶ*] *σχολιόν* (corr. *σχολαῖον*), *φωνὴ βαρεῖα μαλακή, τῶν τριχῶν ὁ περίδρομος ἀναθρώσκων.*

Sed *μωροπονήρου* species non statim, ut apud Adamantium p. 448, epilogo excipitur, sed hunc (306,9—307,7) nonnulla et praegrediuntur et sequuntur. Atque haec longe pleraque[1]) item ex Aristotelis physiognomonia olim pleniore quam nunc est quamvis parum accurate petita atque nonnihil mutata sunt. Nam plurima eorum etiam nunc in hac reperiuntur et nonnulla, ut *φθονεροῦ* species (302,2), in La (155,15) ad Aristotelem referuntur. Quoniam autem si haec singillatim persequi vellem, fines huic commentationi impositos superarem, satis habeo ad ea quae iam Rosius (Ar. Pseud. p. 700 sq.) collegit provocasse.

Quae cum ita sint cum libelli Pseudo-Polemonis plurima pars ex Adamantio, appendix paene tota ex Aristotelis physiognomonia petita sit, illum nihil nisi ad haec vel emendanda vel supplenda valere patet. Quod paucis illustrare iuvat, postquam ordinem sententiarum, qui in Adamantii (419,8) codice archetypo perversus est, a Po (192,4) integre servatum esse iam supra diximus.

In Po 221,1 recte est *ξηρότεροι*, ubi in Adamantii codicibus 348,8 *μικροί*; Po 220,2 inter *ἀπιστίαν* et *προδοσίαν* verba *καὶ ἱεροσυλίαν* ibidemque totum enuntiatum *οἱ μὲν οὖν ἀτενεῖς ὀφθαλμοὶ χρηστότερα ἤθη ἐμφαίνουσιν*, quae in Adamantii codice archetypo (347,7) exciderant, recte praebet. In physiognomonia Aristotelis 54,1 (808a20) e Po 298,7 *εὔρυθμον* pro *εὔθυμον* restituendum esse iam in dissertatione de Aristot. physiogn. recens., quam ante hos quattuor annos scripsi, p. 23 dixi. Nunc addo in eiusdem canone 117,1 (=811a24) *οἱ δὲ τὰ χείλη ἔχοντες παχέα καὶ τὸ ἄνω τοῦ κάτω προκρεμώμενον μωροί* verba *τὸ ἄνω τοῦ κάτω* ex auctoritate Pseudo-Polemonis 303,2 *οἱ τῶν χειλῶν τὸ κάτω τοῦ ἄνω προβε-*

[1]) *Περὶ εὐνούχων* caput (308,5—309,5) ad Adamantium referendum esse iam supra p. 9 diximus. Fortasse autem etiam *ἐμβριστοῦ* species (302,7 *ὅσοις ὁ σπόνδυλος ἐξέστηκε κατὰ τὴν συναφὴν τοῦ τραχήλου, ὑβρισταί· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ὗς*) ad eundem auctorem redit (392,5 *ὅσοις δὲ τῶν ὑπαυχενίων σπονδύλων τραχέων ὄντων ἐξέχει πολὺ τῶν ἄλλων ὁ κατὰ τὴν συμβολὴν τῶν ὠμοπλατῶν, ὅθεν ἐκφύεται ὁ τράχηλος, οὗτοι ὑβρισταί*), nisi quod verba *ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ὗς* non ad hunc, sed ad deperditum canonem pertinent, qui vel Adamantii fuit (399,2 *ὅσοις δὲ τὸ πᾶν στόμα πρόκειται ἐπὶ πολὺ τά τε χείλη ἐστὶ παχέα καὶ στρογγύλα καὶ ἀνεστραμμένα εἰς τὸ ἔξω, ὑώδεις οὗτοι τὰ ἤθη καὶ τὰ ἔργα*) vel Aristotelis p. 116,3 (= 811a22), *οἷς τὰ χείλη λεπτά, σκληρά, κατὰ τοὺς κυνόδοντας τὸ ἐπανεστηκός, οἱ οὕτως ἔχοντες εὐγενεῖς* (corr. *ἀγενεῖς*)· *ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ὗς*.

βλημμένον ἔχοντες βλάκες (cui patrocinatur Adam. 399,6 *εἰ δὲ τὸ κάτω χεῖλος προέχοι, ἄκακα μὲν τὰ ἤθη, ματαιόφρονα δὲ ὡς ἐπιτοπολὺ καὶ ἠλιθιώτερα*) in *τοῦ ἄνω τὸ κάτω* mutanda esse videri.

Num autem Pseudo-Polemo Adamantii opusculum ipsum in manibus habuit?

5. Quo magis qui expositionem nostram attenta mente prosecutus est ad hanc opinionem inclinaverit, eo fortioribus argumentis opus est, ut contrariam esse veram demonstretur. Quod ut pro certo declaremus, fulcrum nobis praebet fragmentum physiognomonicum Matritense *ἀνεπίγραφον* et *ἀκέφαλον*, quod complet paginas novem codicis qui olim Constantini Lascaris fuit[1]), nunc est bybliothecae nationalis Matritensis N-73, miscellanei chartacei saeculo XIV exarati. Incipit in folio 219r a verbis *τὰς κόρας· μεγάλοι τε ὀφθαλμοὶ* et desinit in folio 223v verbis *σημεῖα μόνοις οἷς εἶπον διαιρεῖται*. Quae cum Iriarte (Catal. codd. graec. Matr. p. 268) in Adamantii physiognomonia (p. 343,9 et 446,8) repperisset, totum fragmentum huic tribuit, quamquam eum neque fugit id *ab impresso exemplari cum capitum vel segmentorum ordine, numero ac titulis, tum maxime ipso verborum contextu qua pleniori, qua defectiori, nonnunquam etiam prorsus alio dissidere* neque partem secundam aeque atque Pseudo-Polemonis opusculum inscriptam esse: *ὅροι εἰδεῶν* (correct. ex *ἰδεῶν*) *ἀνθρώπων*. At neque Adamantii neque Pseudo-Polemonis hoc fragmentum esse, sed medium inter utrumque locum tenere cognovi, ubi singularis Guilelmi Gurlitti ab Ernesto Rautenbergio, communi amico, rogati comitas anno 1868 apographum eius mihi paravit, quod ante hos quinque annos Matriti cum codice ipso conferre potui.

Fragmentum, quod iam Ma appellabo, est apographum mutilum et valde vitiosum opusculi quod Adamantii libellum paraphrastice reddidit atque ita quidem ut hic illic mutaret et decurtaret. Idem opusculum Pseudo-Polemo in manibus habuit, sed etiam magis ab eo recessit.

Ac fontem quidem communem monstrant primum loci Adamantiani in Ma et Po omissi, ut 363,2 *ταῦτα μνημονεύων δυνήσῃ καὶ περὶ ὧν μὴ εἴρηται ἐξ αὐτοῦ κρίνων φυσιογνωμονεῖν*, praefatio libri alterius 368,1 *δεῖ φυσιογνωμονεῖν* — 376,2 *ἡ δὲ ἔχιδνα θηλύμορφον*, capitis *περὶ κινήσεως* initium 421,6 — 423,9, verba quibus ad species describendas transitus fit 432,7—9, vocabula *ἄνω δέ* 365,8;

deinde additamenta utriusque communia, quale conspicitur locis in comparationem vocatis

Adam. 421,2	Ma	Po 194,3
ὅσοις τῶν ὀφρύων τὰ <μὲν> πρὸς τῇ ῥινὶ (corr. *τὴν ῥῖνα*) *κάτω νεύει, τὰ δὲ ἐφ' ἑκάτερα εἰς τοὺς κροτάφους χωρεῖ, τούτους ὑσὶν εἴκαζε*	*ὅσοις τῶν ὀφρύων τὰ μὲν πρὸς τὴν ῥῖνα κάτω νεύει, τὰ δὲ ἐφέκατερα* (corr. *ἐφ' ἑκάτερα*) *εἰς τοὺς κροτάφους χωρεῖ, τούτους τοῖς χοίροις εἴκαζε· τοιοῦτοι γὰρ καὶ τῇ γνώμῃ καὶ τῇ ψυχῇ*	*ὅσοις τῶν ὀφρύων τὰ μὲν πρὸς τὴν ῥῖνα κατανεύει, τὰ δὲ ἐφ' ἑκάτερα εἰς τοὺς κροτάφους χωρεῖ, τούτους εἰς τοὺς χοίρους εἴκαζε· τοιοῦτοι γὰρ τῇ γνώμῃ καὶ τῇ ψυχῇ ὑπάρχουσιν;*

tum paraphraseos aequalitas, cuius exempla protulisse satis habeo haec:

Adam. 357,6	Ma	Po 228,2
εἰ δὲ ἀναπεπταμένους καὶ σεσηρότας (sc. *τοὺς ὀφθαλμοὺς*) *ἔχοιεν, πέπρακται αὐτοῖς*	*εἰ δὲ ἀνοικτοὺς καὶ σεσει-ρότας* (corr. *σεσηρότας*) *τουτέστιν ἀποτεινομένους τοὺς ὀφθαλ-*	*εἰ δὲ ἀνεῳγμένους καὶ σεσηρότας τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχοντές εἰσί τινες, αἱ πράξεις*

λ

[1]) Cf. inscriptionem in folio 180 positam *Κωνσταντίνου λασκάρεως τοῦ βυζαντίου κτῆμα, ἐν νεαπο ὠνηθέν.*

ἀθέμιτα ἔργα· τοὺς δὲ καὶ μάλα γελῶντας ἐπιβουλοτέρους καὶ κακουργοτέρους μαντεύουσιν, εἰ ξηροὶ εἴησαν· εἰ δὲ ὑγροὶ ὦσιν (corr. ὑγροί εἰσιν), ἄκακα μὲν ἤθη, μάταια δὲ παρέχονται, κακῶν ἀπαθῆ ἀνόητα ἄστοργα ἀκόλαστα	μοὺς ἔχουσιν, αἱ τούτων πράξεις εἰς ἄνομα ἔργα κινοῦνται· τοὺς δὲ πάνυ ἀναγελῶντας ὀφθαλμοὺς ἐπιβουλοτέρους μαντεύει· εἰ δὲ ξηρότεροί εἰσιν, ἄκακα μὲν ἤθη, μάταια δὲ κακῶν ἀπαθῆ, καὶ ἄστοργοι δὲ καὶ ἀκόλαστοι οἱ τοιοῦτοί εἰσιν	αὐτῶν εἰς ἄνομα ἔργα συντελοῦνται, τοὺς δὲ πάνυ ἀνεφγμένους καὶ γελῶντας ὀφθαλμοὺς ἔχοντας ἄνδρας ἐπιβουλοτέρους μαρτυροῦσιν· εἰ δὲ ξηροί εἰσιν, ἄκακα μὲν ἤθη καὶ κακῶν ἀπάθειαν δηλοῦσι, μάταιοι δὲ καὶ ἄστοργοι καὶ ἀκόλαστοί εἰσιν οἱ τοιοῦτοι.
Adam. 358,9	Ma	Po 229,5
ὀφθαλμοὶ σκυθρωπάζοντες ἅμα ὑγρότητι φροντίζουσι καὶ φιλοτεχνοῦσιν	ὀφθαλμοὶ σκυθρωπάζοντες τουτέστι στυγοῦντες ἀμαυρότητι (corr. ἅμα ὑγρότητι) φροντιστὴν ἢ φιλότεχνον μαρτυροῦσιν	ὀφθαλμοὶ σκυθρωπάζοντες ἅμα ὑγρότητι πιυριστὴν (corr. φροντιστὴν) ἢ φιλοτέχνη (corr. φιλότεχνον) ἄνδρα μαρτυροῦσιν.
359,4		230,5
εἰ δὲ καὶ μέτωπον εἴη τραχὺ καὶ βλέμμα ἀτενές, βλέφαρα ὀρθά, ἄγρια βουλεύματα τούτοις	εἰ καὶ τὸ μέτωπον τραχὺ καὶ βλέμμα ἀτενὲς βλέφαρά τε ὀρθά, ἀγριόβουλον ἄνδρα σημαίνουσιν	εἰ δὲ τὸ μέτωπον εἴη τραχὺ καὶ βλέμμα ἀτενές, βλέφαρα ὀρθά, ἀγριόβουλον ἄνδρα σημαίνουσιν.
379,5		277,7
πόδες νευρώδεις ἀρθρώδεις γενναῖα ἤθη ἀνδρεῖα, ἁπαλοὶ δὲ καὶ σαρκωδέστεροι μαλακώτερα καὶ τὰ ἤθη παρέχονται	πόδες νευρώδεις ἀρθρώδεις γενναῖα ἤθη ἀνδρὸς σημαίνουσι καὶ ἀνδρείαν, ἁπαλοὶ δὲ πόδες καὶ σαρκωδέστεροι τοιαῦτα καὶ τὰ ἤθη παρέχουσι τουτέστιν ἁπαλὰ καὶ ἐν παντὶ συνερχομένους τοὺς τοιούτους σημαίνουσιν ἄνδρας	πόδες νευρώδεις ἀρθρώδεις γενναῖα ἤθη ἀνδρὸς καὶ ἀνδρείαν σημαίνουσιν, ὁποῖος ἦν καὶ Ἡρακλῆς· ἁπαλοὶ δὲ πόδες καὶ σαρκώδεις τοιαῦτα καὶ τὰ ἤθη παρέχονται τουτέστιν ἁπαλοὺς ἄνδρας καὶ ἐν ταὐτῷ συνερχομένους σημαίνουσι.
431,5		255,4
ταχὺ δὲ (sc. φθέγγεσθαι) ἀβουλίας καὶ ἀνοίας σημεῖον	ταχὺ δὲ ἀβούλευτον καὶ ἀνόσιον ἄνδρα (δηλοῖ)	ταχὺ δὲ ἀβούλευτον καὶ ἀνόσιον δηλοῖ·

denique vitiorum communio, qualis praeter locum quem modo laudavi Adam. 357,6 et Po 228,2 cernitur

Adam. 349,7	Ma	Po 222,6
παρειμένον καὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν γλῶτταν	παρειμένον καὶ τὴν γλῶτταν καὶ τὸ σῶμα	παρειμένον καὶ τὴν γλῶτταν καὶ τὸ σῶμα

Adam 354,3	Ma	Po 224,5
φοβοῦνται καὶ πτώσσουσι	φοβοῦνται καὶ πίπτουσι	φοβοῦνται καὶ πίπτουσι
359,3		230,4
ξηροὶ δὲ ὀφθαλμοὶ λυπηρὸν βλέποντες ἄτης εἰσὶ πλήρεις	ξηροὶ δὲ ὀφθαλμοὶ λυπηρὸν βλέποντες φιλοφροσύνης εἰσὶ πλήρεις	ξηροὶ δὲ ὀφθαλμοὶ λυπηρὸν βλέποντες φιλοφροσύνης εἰσὶ πλήρεις
358,4		229,1
μέτωπον μαλακόν, τὰ ἀμφὶ τὰ βλέφαρα λαγαρά	μέτωπον μαλακόν, τὰ ἀμφότερα λιγυρά (corr. λαγαρά)	μέτωπον μακρόν (corr. μαλακόν), τὰ ἀμφότερα λαγαρά
366,2		238,3
οἱ ἰλλώττοντες (corr. ἰλλώπτοντες)	εἰ δὲ λεπτοὶ ὄντες	οἱ δὲ λεπτοὶ ὄντες
376,4		308,6
κακίω σημεῖα	κακίας σημεῖα	κακίας σημεῖα
380,7		277,2
δειλοῦ καὶ ἀκολάστου	δολίου καὶ ἀκολάστου	δολίου καὶ ἀκολάστου
415,6		249,6
αἰσχυντηρούς	τραχεῖς	τραχεῖς.

Maxime autem ad persuadendum idonei sunt loci duo quibus error egregius ab epitomatore oscitante commissus apud utrumque remansit. Quorum prior est

Adam. 351,8	• Ma	Po 222,9
(ὀφθαλμοὶ) ξηρότεροι δὲ ὄντες ἀπιστότεροι· εἰ δὲ καὶ μικροὶ εἶεν, δολεροὶ ἐπίβουλοι κακότεχνοι παλίμβουλοι	ξηροὶ δὲ ὄντες ἀνομωτέρους δηλοῦσι· εἰ δὲ καὶ μικροί εἰσι, θολεροί, ἐπιβούλους κακοτέχνους προβούλους	ξηροὶ δὲ ὄντες ἀνομωτέρους δηλοῦσιν ἄνδρας· εἰ• δὲ μικροί εἰσι, θολεροί, ἐπιβούλους κακοτέχνους τε καὶ προβούλους σημαίνουσιν ἄνδρας.

Epitomator enim aut in Adamantii codice quo usus est falso scriptum invenerat *θολεροί* neque correxerat aut ipse calamo se falli passus erat. Nam de oculis *θολεροῖς* hoc loco sermo non est.

Alter locus qui quam inconsiderate epitomator rem gesserit etiam magis prodit est

Adam. 343,10	Ma	Po 215,6
μεγάλοι δὲ ὀφθαλμοὶ καὶ στίλβοντες κινούμενοι δεδορκότες, οἷον θυμούμενοι δεδόρκασιν ἄνθρωποι, καὶ τὰ βλέφαρα σφῶν ἀναπέπταται, πάντων οὗτοι χείριστοι· λύκων γὰρ καὶ ὑῶν	μεγάλοι τε ὀφθαλμοὶ καὶ στίλβοντες κινούμενοι δεδορκότες θυμῷ καὶ τὰ βλέφαρα αὐτῶν ἀνοίγονται. πάντων οὗτοι ἄχρηστοι· τῶν γὰρ λύκων καὶ συῶν ἀγρίων ταῦτα τὰ εἴδη, καὶ ὑπολάμπει	μεγάλοι τε ὀφθαλμοὶ καὶ στίλβοντες κινούμενοι δεδορκότες καθάπερ θυμούμενοι βλέπουσιν ἄνθρωποι, καὶ τὰ βλέφαρα αὐτῶν ἀνοίγονται. πάντες οὗτοι ἄχρηστοι ἄνδρες· τῶν γὰρ λύκων καὶ

ἀγρίων τοιαῦτα εἴδη· οἱ δὲ καὶ τούτων ὠμότεροι ἀγριώτεροι ἁρπακτικώτεροι	*ἔσω ὡς πῦρ· καὶ πρὸς τούτοις κεγχροιόχραις* (*κεγχροιῶραι* corr. man. rubr.) *ταῖς* (*τοῖς* suprascr.) *πυρώδεσι μεμιγμέναι εἰσὶ καὶ ἕτεραι γλαυκαί· καὶ ἁπλῶς καθὼς ἀνωτέρω εἴρηται, οἱ λύκων καὶ συῶν ἀγρίων τὰ σημεῖα ἔχοντές εἰσιν ὠμότεροι ἀγριώτεροί τε καὶ ἁρπακτικώτεροι*	*συῶν ἀγρίων τὰ τοιαῦτα. εἰ καὶ ὑπολάμπει ἔσω ὡς πῦρ καὶ πρὸς τούτοις κέγχροι ὠχραὶ ταῖς πυρώδεσι μεμιγμέναι εἰσὶ καὶ ἕτεραι γλαυκαί, καὶ ἁπλῶς καθὼς ἀνωτέρω εἴρηται, καθάπερ οἱ λύκοι καὶ ἀγρίων συῶν τὰ σημεῖα ἔχοντές εἰσιν ἄνδρες ὠμότεροι ἀγριώτεροί τε καὶ ἁρπακτικώτεροι.*

In codice Adamantii quo epitomator usus est post verba *λύκων γὰρ καὶ ὑῶν ἀγρίων τοιαῦτα εἴδη* enuntiatum quod paucis lineis ante (343,6) extat *καὶ ὑπολάμπει ἔσω ὥσπερ πῦρ, καὶ πρὸς τούτοις κέγχροι ὠχραὶ ταῖς πυρώδεσι μεμιγμέναι εἰσὶ καὶ ἕτεραι γλαυκαί* perperam repetitum [1]) atque hoc ipsum ubi cognitum est verbis *ἁπλῶς καθὼς ἀνωτέρω εἴρηται* in margine positis indicatum erat. Epitomator autem hac re non perspecta, sed verbis marginis pro Adamantianis habitis sententiam simplicem *οἱ δὲ καὶ τούτων ὠμότεροι ἀγριώτεροι ἁρπακτικώτεροι* mirum in modum ita corrupit, ut nunc in Ma et Po legitur.

Multo autem religiosius quam Pseudo-Polemonem auctorem epitomae, cuius apographum mutilum et vitiosum codice Matritensi continetur, Adamantiani libelli vestigia pressisse primum hac re patefit, quod hic ordinem sententiarum non, ut ille, mutavit, sed retinuit. Postquam enim de oculis, a quorum descriptione fragmentum Matritense incipere supra commemoravimus, egit, ad caput *περὶ εὐνούχων*, quo praefatio libri alterius Adamantii terminatur (p. 376) transit, tum sequuntur capita *περὶ ὀνύχων, δακτύλων, ποδῶν, σφυρῶν, κνημῶν καὶ μηρῶν, γονάτων καὶ ἰσχίων* (Ad. p. 376—383) et reliquis corporis partibus deficientibus (Ad. 383—413) capita *περὶ χροιῶν, τριχῶν, κινήσεως*, atque hoc quidem ultimum initio omisso tantum inde a verbis (Ad. 423,9) *οἱ μακρὰ βαίνοντες*, denique capita *περὶ πνεύματος* et *φωνῆς*, quod medio in enuntiato verbis *εἰ δέ τι ἄλλο* (Ad. 431,8) finitur. Subsequuntur *ὅροι ἰδεῶν ἀνθρώπων* inde ab *ἀνδρεῖον* (Ad. 433) usque ad verba *σημεῖα μόνοις οἷς εἶπον διαιρεῖται*, quae sunt in specie *μωροπονήρου* Ad. 446,9. Non minus grave indicium est, quod et emblemata illa, quae in formis *πικροῦ* et *πράου* ex Aristotelis physiognomonia petita sunt et exemplum *ὁποῖος ἦν καὶ Ἡρακλῆς*, quod in capite *περὶ ποδῶν* p. 277,8 a Pseudo-Polemone insertum est, in Ma desunt. Denique etiam formam enuntiatorum et singula verba Adamantii frequentius Pseudo-Polemone servavit. Confer enim hos locos:

Adam. 417,5	Ma	Po 189,4
ἄνδρα οὐλότριχα δειλὸν καὶ κερδαλέον λέγε, τὸν δὲ	*ἄνδρα οὐλότριχα πάνυ δειλὸν καὶ κερδαλαῖον εἶναι λέγε*	*οὐλόθριξ ἀνὴρ πάνυ δειλὸς καὶ βδελυρός ἐστιν, ὁ δὲ εὐ-*

[1]) Contrarium, ut codex, quo epitomator usus est, repetitione verborum, quae archetypum codicum superstitum inquinavit, liber sit, occurrit loco qui statim sequitur Adam. 345,4, quem nostri codices ita exhibent: *ὅσοις δὲ οἱ κέγχροι εἰσὶ χαροποί, ἀλλ' ἴτυς ἔνεστι πεποικιλμένη, δολερώτεροι· οἱ δὲ αἱματώδεις, τῆς ἴτυος τὸ μέγεθος καὶ τὴν χροιὰν ἐπισκέπτου.* Verba *δολερώτεροι· οἱ δὲ αἱματώδεις* quae perperam ex enuntiato antecedenti *οἱ μὲν οὖν ὠχροὶ δολερώτεροι, οἱ δὲ αἱματώδεις ἀβουλότεροι* repetita sunt, a Ma et Po non agnoscuntur. Unde simul discitur etiam in hoc enuntiato archetypum nostrorum codicum *δειλότεροι* pro *δολερώτεροι* falso praebere.

ἰθύτριχα ἀγριώτερον καὶ ἀνοητότερον· ἀρίστη δὲ κόμη ἡ τὸ μέσον τούτων ἔχουσα	χωρὶς πάσης ἀντιλογίας, τὸν δὲ εὐθύτριχα ἀγριώτερον καὶ νοητότερον (corr. ἀνοητότερον). ἀρίστη δὲ κόμη ἡ τὸ μέσον τούτων ἔχουσα	ϑύϑριξ ἀχρειότερος (corr. ἀγριώτερος) καὶ ἀνοητότερος· ἄριστον δὲ σημεῖον τὸ μέσον τούτων ἔχον.
Adam. 418,7	Ma	Po 191,1
μέλαινα κόμη δειλίαν καὶ πολυκερδίαν ἀπαγγέλλει, ἡ δὲ ἄγαν ξανθὴ καὶ ὑπόλευκος, ὁποία Σκυθῶν καὶ Κελτῶν, ἀμαθίαν καὶ σκαιότητα καὶ ἀγριότητα	μέλαινα κόμη δειλίαν καὶ πολυκαρδίαν (corr. πολυκερδίαν) δηλοῖ, ἡ δὲ ἄγαν ξανθὴ καὶ ὑπόλευκος, ὁποία Σκυθῶν καὶ Κελτῶν, ἀμάθειαν καὶ σκαιότητα καὶ ἀγριότητα παριστᾷ	μέλαινα κόμη δειλὸν καὶ πολυκερδῆ δηλοῖ, ἡ δὲ ξανθὴ καὶ ὑπόλευκος, ὁποία Σκυθῶν, σκαιότητα δηλοῖ ἤγουν κακότητα καὶ ἀγριότητα.
419,9		192,8
ὤμους δὲ καὶ μετάφρενα τετριχῶσθαι ὀρνίθιον ἄντικρυς	ὤμους δὲ καὶ μετάφρενα τετριχῶσθαι παρομοίους δηλοῖ τοῖς ὀρνίθεσιν ἐν ταῖς ψυχαῖς	εἰ δὲ ὤμους καὶ μετάφρενα τετριχωμένα ἴδῃς, παρείκαζε τούτους τοῖς ὀρνέοις ἐν ταῖς ψυχαῖς.
347,11		220,5
τῶν ἐξεχόντων ὀφθαλμῶν, οἳ οὐκ εἰσιν ἐπαινετοί, τοῖς μὲν οἴδημα περίκειται κύκλῳ, τοῖς δὲ ὡς τάφρος βαθεῖα καὶ στενὴ περιθέει	τῶν ἐξεχόντων ὀφθαλμῶν <οἳ> οὐκ ἔωσιν (corr. οὔκ εἰσιν) ἐπαινετοί, τοῖς μὲν ὑπόδυμα παράκειται (corr. οἴδημα περίκειται) κύκλῳ, τοῖς δὲ ὡς τάφρος βαθεῖα καὶ στενὴ περὶ ἀκολούθον (corr. περιακολουθεῖ)	οἱ ὀφθαλμοὺς ἐξέχοντας ἔχοντες οὐκ ἐπαινετοὶ ἄνδρες οἷς μὲν οἴδημα περίκειται κύκλῳ, τὰ δὲ ὡς τάφρος βαθεῖα καὶ στενὴ περιακολουθεῖ.
348,5		221,3
εἰ δὲ γλαυκοὶ οὗτοι εἶεν, ἀδίκους μέν, ἀσυνέτους δὲ ἴσθι. εἰ δὲ καὶ τὰ βλέφαρα αὐτοὺς βαρύνει, πλείων ἡ ἄνοια	εἰ δὲ γλαυκοὶ οἱ αὐτοί εἰσιν, ἀδίκους μέν, ἀσυνέτους δὲ εἶναι νόει. καὶ τὰ βλέφαρα αὐτῶν ἐὰν καρηβαρῶνται, πλείων ἡ ἄνοια	εἰ δὲ γλαυκοί εἰσιν οὗτοι, ἀδίκους καὶ ἀσυνέτους εἶναι νόει τοὺς ἄνδρας. εἰ δὲ καὶ τὰ βλέφαρα αὐτῶν κρατοῦνται, πλείονα τὴν ἄνοιαν αὐτοῦ σημαίνουσιν.
354, 6		224,8
εἰ δὲ οἱ τοιούτους ὀφθαλμοὺς ἔχοντες καὶ γελῷεν, εἰς ἀκρότατα κακίας ἥκουσιν	οἱ δὲ τοιούτους ὀφθαλμοὺς ἔχοντες καὶ γελώδεις τουτέστιν ὑπογελῶντας εἰς ἀκρότητα πάσης κακίας ἔρχονται	εἰ δὲ οἱ τοιούτους ὀφθαλμοὺς ἔχοντες ὑπογελῶσιν, εἰς ἀκρότητα πάσης κακίας ἐλθεῖν ἀνάγκη αὐτούς.

Adam. 356,9	Ma	Po 227,8
οἱ κοῖλοι δὲ ὀφθαλμοὶ γέλωτα ἔχοντες ὥσπερ λοχῶντες κακόν τι τηρεύουσιν	ὀφθαλμοὶ κύκλοι (κοῖλοι rubr. in marg.) γέλωτα ἔχοντες ὥσπερ λέγοντες (corr. λοχῶντες) κακόν τι βουλεύονται	ὀφθαλμοὶ κοῖλοι γέλωτα ἔχοντες κακόν τι βουλεύεσθαι τὸν ἄνδρα μαρτυροῦσιν.
376,8		309,2
τῶν δὲ τομιῶν εὐνούχων ἔνια μεταβάλλει ἅμα τῇ τομῇ, σημεῖα δὲ τῷ πλείονι (corr. τομῇ σημεῖα, τὸ δὲ πλεῖον) τῆς συγγενοῦς φύσεως ἐμμένει	τῶν δὲ <τομιῶν> εὐνούχων μεταβάλλει ἅμα τῇ τόλμῃ σημεῖα, τὸ δὲ πλέον τῆς συγγενοῦς φύσεως ἐμμένει	τὸν δὲ τίμιον εὐνοῦχον ἓν μεταβάλλει ἅμα τῇ τολμήσει βιάζεται καὶ πλέον τῆς συγγενοῦς φύσεως, ὡς μὴ ἰσχύων εἰς τὸ αὐτὸ διαμένειν.
378,4		279,2
ὁπόσοι δακτύλους ἔχουσι συμφυεῖς, ὑώδεις καὶ μιαροί εἰσιν	οἱ δακτύλους ἔχοντες συμφυεῖς ὑώδεις τουτέστι χοιρώδεις καὶ μωροί (corr. μιαροί)	οἱ τοὺς δακτύλους συμφυεῖς ἔχοντες μιαροί εἰσι συῶν δίκην.
431,1		254,7
βάσκανοι πήμασιν ἄλλων χαίροντες	φθονεροὶ βλάβαις ἄλλων χαίροντες	φθονεροὶ δεινοὶ εἰς βλάβην ἄλλων
435,3		284,7
μακρόχειρ	μακρόχειρ	χεῖρες μακραί
414,1		185,5
ἡ δὲ λευκὴ καὶ ὑπόξανθος ἀλκὴν καὶ θυμὸν λέγει	ἡ δὲ λευκὴ καὶ ὑπόξανθος ἀλκὴν καὶ μῦθον (corr. θυμὸν) λέγει	ἡ δὲ ξανθὴ καὶ λευκὴ δύναμιν καὶ θυμὸν λέγει.

Ne tamen exemplar ipsum, unde apographum Matritense fluxit, Pseudo-Polemoni in manibus fuisse opineris, animus advertendus est non tam iis locis, qui in Ma desunt (ut Adam. 359,6 *πᾶν*—7 *ἀτέλεστον αὐτοῖς* = Po 230,8 *πᾶν* — 231,2 *σπεύδοντα*, et Adam. 344,5 *ἐν δὲ τοῖς χαροποῖς* — 6 *ὦσιν* = Po 216,7 *ἐν δὲ τοῖς χαροποῖς* — 9 *οὖσαι*), — nam incuria sola librarii codicis Matritensis excidere potuerunt — quam iis quorum forma integre servata multo plus in Ma quam in Po ab Adamantio recedit. Tales sunt

Adam. 366,2	Ma	Po 238,2
οἱ ἰλλώπτοντες καὶ τὰ βλέφαρα ἐπιβάλλοντες ἀνδρόγυνοι· οἱ δὲ τὸ ἕτερον τῶν βλεφάρων ἐπιβάλλοντες κτλ.	εἰ δὲ λεπτοὶ ὄντες τὰ βλέφαρα ἐπιβάλλωσιν, ἀνδρόγυνον ἄνδρα σημαίνουσι· εἰ δὲ τὸ ἕτερον τῶν βλεφάρων ὑποβάλλωσι	οἱ δὲ λεπτοὶ ὄντες τὰ βλέφαρα ἐπιβάλλοντες ἀνδρόγυνον τὸν τοιοῦτον σημαίνουσιν· οἱ δὲ τὸ ἕτερον τῶν βλεφάρων ὑποβάλλοντες κτλ.
355,2		225,7
εἰ δὲ καὶ μικρότεροι εἶεν καὶ κοῖλοι, χείρους ὠμόφρονες	οἱ δὲ μικρότεροι καὶ ἴουλοι (corr. κοῖλοι) χείρους ὠμὸν τὸ φρόνημα	εἰ δὲ μικρότεροί εἰσι ὄντες καὶ κοῖλοι, χείρους εἰσίν· ὅμως καὶ

ἐπίβουλοι κρυψίνους παντορέκται. εἰ δὲ ἐπὶ τοιούτοις ὀφθαλμοῖς ἐπισκύνιον βαρὺ θέει καὶ ὀφρύες εἰσὶ τραχυνόμεναι βλέφαρά τε ὀρθά, σημαίνει καὶ ἀλκὴν μετ᾽ ἀβουλίας	*ἔχοντας ἐπιβούλους κρυψινόους τουτέστι τὸν σκοπὸν αὐτῶν ὑποκρύβοντας καὶ ἄλλους ὑποσυλῶντας. εἰ δὲ ἐπὶ τοιούτοις ὀφθαλμοῖς ἐπιστοίβιον ἔχουσιν ἐννενεύοντες ταῖς ὀφρῦσι τραχείαις βλέφαρα ἔχουσιν ὀρθά, θυμὸν καὶ δύναμιν καὶ ἀβουλίαν ἀκακίαν τε καὶ εὐτολμίαν σημαίνει*	(corr. *καὶ ὠμὸν*) *φρόνημα ἔχοντες ἐπίβουλοι κρυψίνοοι τὸν σκοπὸν καὶ τὸν νοῦν αὐτῶν ὑποκρύπτοντες, πάντων δὲ ἐπιθυμοῦντες ἢ ἐπιθυμητικοὶ ἄνδρες ὄντες· εἰ δὲ ἐπὶ τοιούτοις ὀφθαλμοῖς σχοινίον ἐστὶν ἐννεῦον ὀφρύες τε τραχεῖαι, βλέφαρα ὀρθά, θυμόν τε καὶ δύναμιν ἀβουλίαν τε καὶ κακίαν καὶ εὐτολμίαν τοῖς ἀνδράσι σημαίνουσιν.*
Adam. 377,2	Ma	Po 279,11
ὄνυχες πλατέες λευκοὶ ὑπόξανθοι εὐφυοῦς ἀνδρός, οἱ δὲ στενοὶ καὶ προμήκεις καὶ κυρτοὶ ἀναισθήτου καὶ θηριώδους	*ὄνυχες πλατεῖς λευκοὶ ὑπόξανθοι εὐφυεῖς ἄνδρας δηλοῦσιν, οἱ δὲ στενοὶ καὶ προμήκεις καὶ κυρτοὶ ἀναισθήτους καὶ θηλυντικούς*	*ὄνυχες πλατεῖς λευκοὶ ὑπόξανθοι εὐφυῆ δηλοῦσιν ἄνδρα, οἱ δὲ στενοὶ καὶ προμήκεις καὶ κυρτοὶ ἀναίσθητον καὶ θηριώδη ἄνδρα σημαίνουσιν.*
380,7		277,3
παχέα δὲ σφυρὰ καὶ πτέρνας τραχείας καὶ πόδας σαρκώδεις καὶ κολοβοὺς δακτύλους καὶ κνήμας παχείας ὅσοι φοροῦσιν, ὡς ἐπιπλεῖστον μωραίνουσιν ἢ μεμήνασιν	*παχέα δὲ σφυρὰ καὶ πτέρναι τραχεῖαι καὶ πόδες σαρκώδεις καὶ κολοβοὶ δάκτυλοι κνῆμαί τε παχεῖαι ἐξηχοῦντας ποιοῦσιν ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἢ δαιμονίζοντας*	*παχέα δὲ σφυρὰ καὶ κολοβώδεις δακτύλους καὶ πτέρνας παχείας καὶ πόδας σαρκώδεις καὶ κνήμας παχείας ὅσοι φύουσι, μωραίνουσιν. ἐξηχοῦσιν ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἢ δαιμονίζονται.*
415,1		272,2
τὰ στέρνα ὑπέρυθρα ὄντα ζέειν ἔνδον τὴν ὀργὴν ἀπαγγέλλει. ὥσπερ εἴ τις καὶ τας περὶ τὸν αὐχένα φλέβας καὶ τὰς ἐν τοῖς κροτάφοις οἰδούσας ἔχει, ὡς ἐμφανεῖς εἶναι καὶ αἱματώδη ἔχει (corr. *ἔχειν*) *τὴν χροιάν*	*τὰ δὲ στερνὰ ὥσπερ ἰθρύοντα* (corr. *ὑπέρυθρα ὄντα*) *ζέσιν* (corr. *ζέειν*) *ἔνδον τὴν ὀργὴν ἀγγέλλει, ὥσπερ τὰς τῶν αὐχένων φλέβας καὶ τὰς ἐν τοῖς κροτάφοις δεῖ σκοπεῖν*	*τὰ δὲ στέρνα ὑπερυθριῶντα ζέειν ἔνδον τὴν ὀργὴν ἀναγγέλλει, ὥσπερ καὶ τὸ τὰς τῶν αὐχένων φλέβας καὶ τὰς περὶ τοὺς κροτάφους οἰδούσας ἔχειν ἐμφανεῖς εἶναι, ὡς αἱματώδη ἔχειν τὴν χροιάν.*
127,4		243,4
πνεῦμα τὸ λίαν ἀτρεμοῦν, ὡς ἀπνόῳ ἐοικέναι, φροντιστοῦ ἀνδρός· ὁποία δὲ ἡ φροντίς, παρὰ τῶν ὀφθαλμῶν μάνθανε	*πνευμα τὸ ἀεὶ ἀνατρέμον, ὡς ἄπνοον ἐοικέναι, φροντιστοῦ ἀνδρός· ποταπὴ δὲ ἡ φροντίς, παρὰ τῶν ὀφθαλμῶν τὸ ἀκριβὲς δεῖ ἐκμανθάνειν καὶ οὐκ ἀγνοεῖν*	*πνεῦμα τὸ ἀεὶ ἀνατρέπον ὡς ἄπνοον φροντιστοῦ ὑπάρχει ἀνδρός, τὸ δὲ ποταπὴ ἡ φροντίς, παρὰ τῶν ὀφθαλμῶν μάθε τὸ ἀκριβές.*

Adam. 430,2	Ma	Po 253,6
ὅσοι δὲ κοῖλον καὶ βαρὺ καὶ ἀκαμπὲς ἠχοῦσι, γενναῖα τούτοις τὰ ἤθη καὶ μεγαλόνοια αὐτοὺς κοσμεῖ καὶ δικαιότης	*ὅσοι δὲ κηλὸν* (corr. *κοῖλον*) *καὶ βαρὺ καὶ εὐκαμπὲς ἠχοῦσι, γενναῖα τούτοις τὰ ἤθη καὶ μεγα νόει περὶ αὐτῶν*	*ὅσοι δὲ κοῖλον βοῶσι καὶ ἀκαμπὲς ἠχοῦσι, γενναῖα τούτοις τὰ ἤθη καὶ μεγαλόνοια τούτους κοσμεῖ καὶ δικαιότης.*
418,5		190,4
οὐ μὴν αἱ πάνυ σκληραὶ τρίχες ἀγαθαί	*οὐ μέντοι γυπὸς τὸ ἦθος ἔχουσι. σκληραὶ τρίχες ἀγαθαί*	*οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πάνυ σκληραὶ τρίχες οὐκ ἀγαθόν.*

Nihilo minus apographum Matritense, quamvis mendosum sit, ad Adamantii paraphrasin corrigendam multum valere non est quod fusius exponam.

Auctorem autem scriptionis, cuius apographum codice Matritensi continetur, aeque atque Pseudo-Polemonem Byzantinum fuisse dictio prodit.

Nonnunquam (quater), etsi multo rarius (decies sexies) quam cum indicativo, *εἰ* particulam cum coniunctivo struxit: *εἰ — ἔχωσι καὶ βλέπωσιν* (Ad. 350,5 *ἐὰν — ἔχωσι καὶ βλέπωσιν*; deest in Po): *εἰ — ἐπιβάλλωσιν* (Ad. 366,3 et Po 238,3 *οἱ ἐπιβάλλοντες*); *εἰ — ὑποβάλλωσιν* (Ad. 366,3 et Po 238,5 *οἱ ὑποβάλλοντες*); *εἰ — σκοπῶσι* (Ad. 378,1 *εἰ — σκοποῖτο*; Po 281,5 *εἰ — σκοπήσει*). Bis *εἰς* posuit, ubi *ἐν* vel *κατά* exspectes: *ὅσαι δὲ τῶν κνημῶν πλήρεις εἰσὶν εἰς τὸ μέσον παχεῖς οὖσαι* (Ad. 381,9 *ὅσαι δὲ τῶν κνημῶν κατὰ τὸ μέσον πλήρεις εἰσὶν ὡς κύουσαι*; Po 276,4 *ὅσαι δὲ τῶν κνημῶν πλησίον* (corr. *πλήρεις*) *εἰσὶ κατὰ τὸ μέσον παχεῖς οὖσαι*) et *εὐφνεῖς* (corr. *ὀφρύες*) *μένουσιν εἰς χώραν* (Ad. 440,4 *αἱ ὀφρύες* <*οὐ*> *μένουσι κατὰ χώραν*; Po 290,4 *αἱ ὀφρύες οἰδαίνουσι κατὰ χώραν*); semel pro mero dativo: *χαίροντα ἄνδρα καὶ ὑπονοούμενον εἰς κλεψοσύνας* (Po 238,1 *χαίροντα ἄνδρα εἰς κλεψοσύνας*; Ad. 417,2 *πτῶκα ἄνδρα*)[1].

Quin etiam est cur conicias epitomatorem ipsum aevum Byzantinum attigisse. Nam si huic tribuere licet, ut videtur, quae in Ma et in Po una occurrunt sermonis proprietates, semel in enuntiatione ab *ἐὰν* particula suspensa bipartita coniunctivo indicativum subiecit: nam Adamantiana (353,7) *ἐὰν μαρμαρύσσωσιν οἱ ὀφθαλμοὶ κἂν φῶς ἐν αὐτοῖς ᾖ, οὐκ ἀγαθοί* Ma ita exhibet: *ἐὰν μαρμάροις ὦσιν* (corr. *μαρμαρύσσωσιν*) *οἱ ὀφθαλμοὶ [ὅμοιοι] κἂν φῶς ἐν αὐτοῖς ἐστιν, οὐκ ἀγαθοί* et Po 223,7: *ἐὰν μαρμαρύσσωσιν οἱ ὀφθαλμοὶ καὶ φῶς ἐν αὐτοῖς ἐστιν* (reliqua interciderunt); semel *εἰς* c. acc. pro mero dativo posuit loco quem modo laudavi (Po 238,1); semel *παχεῖς* formam masculini cum substantivo generis feminini coniunxit: Ma *ὅσαι δὲ τῶν κνημῶν πλήρεις εἰσὶν εἰς τὸ μέσον παχεῖς οὖσαι*; Po 276,4 *ὅσαι δὲ τῶν κνημῶν πλησίον* (corr. *πλήρεις*) *εἰσὶ κατὰ τὸ μέσον παχεῖς οὖσαι*, ubi Adamantius 381,9 *ὅσαι δὲ τῶν κνημῶν κατὰ τὸ μέσον πλήρεις εἰσὶν ὡς κύουσαι* exhibet[2]).

Neque ab hac aetatis computatione absona est universa ratio paraphrastica, quae luminibus dictionis poeticae vel sublimis in Adamantio etsi minus quam in Polemone conspicuis exstinctis omnia fere ad genus volgare tritum humile revocare studuit. E magno numero vocum quae poeseos vel elatae

[1]) Contra pro *εἰς τοὺς χοίρους εἴκαζε*, quo Po 194,5 Adamantianum (421,4) *τούτους ὑσὶν εἴκαζε* reddidit, in Ma est *τοῖς χοίροις εἴκαζε*, et *εἰς τὸ κακὸν ἐπιχαίροντες* (Po 267,7) deest.

[2]) Ceteris sane locis Po (246,4; 268,5 et 7; 277,4 et 5; 300,5) et Ma formam feminini *παχεῖαι* praebent. Et ubi in Po 282,9 est *ὠμοπλάται εὐρεῖς διεστηκότες*, Ma idem quod Adamantius 433,5 *ὠμοπλάται εὐρεῖαι διεστηκεῖαι* exhibet; duo reliqui loci Po. 247,2 et 299,1 in Ma desunt. Cf. p. 8.

orationis sunt ab eo oppressarum has protulisse satis habeo. Mutavit *ὠμόφρονες* (Adam. 355,3 et 351,2) in *ὠμὸν τὸ φρόνημα ἔχοντες* vel *ὠμοὶ τῷ φρονήματι*;[1]) *ἄλκιμοι* (Ad. 354,9) in *ἰσχυροί* (Po 225,3); *ἀθέμιστοι* in *ἄνομοι* (ibidem); *παντοεπεῖς* (Ad. 428,8) in *παντολόγοι* (Po 245,5); *πατροφόνται καὶ μητροφόνται* (Ad. 348,8) in *πατροφόνοι καὶ μητροφόνοι* (Po 221,7); *ἀλκή* (Ad. 420,10) in *δύναμις* (Po 194,1); *ἀνία* (Ad. 421,5) in *λύπη* (Po 194,8); *τηρεύειν* (Ad. 356,10) in *βουλεύεσθαι* (Po 228,1); *ἐγγὺς μανίας ἥκειν* (Ad. 354,1) in *ἐγγὺς μανίας εἶναι* (Po 224,3); *κρυψίνους* vocem semel (Ad. 356,7) reddidit verbis *κρύπτοντες τὸν νοῦν καὶ τὸν σκοπὸν αὐτῶν* (Po 227,5), semel (Ad. 355,4) servavit, sed eadem ratione explicare necesse habuit: *κρυψίνοοι τουτέστι* (om. Po 225,9) *τὸν σκοπὸν αὐτῶν* (*σκοπὸν καὶ τὸν νοῦν αὐτῶν* Po) *ὑποκρύπτοντες*. Denique iam non in illis antiquarum litterarum penetralibus ita vixit, ut sensum vocum paulo rariorum omnino assequeretur, immo vero male reddidit, ut paucis defungar, *πτώσσειν* verbum (Ad. 354,3 *πᾶν γὰρ χρῆμα οὗτοι φοβοῦνται καὶ πτώσσουσι*) per *πίπτειν* (Po 224,5 *πᾶν γὰρ χρῆμα οὗτοι φοβοῦνται καὶ πίπτουσι*), *ἄτη* nomen (Ad. 359,3 *ἄτης εἰσὶ πλήρεις*) per *φιλοφροσύνη*[2]) (Po 230,5 *φιλοφροσύνης εἰσὶ πλήρεις*, quocum cf. Ad. 351,8 *σκοτίοις ὀφθαλμοῖς ἄτη ἐνοικεῖ* = Ma *σκοτεινοὶ ὀφθαλμοὶ φιλόφρονας [οὐ πολὺ] σημαίνουσιν ἄνδρας*; Po 222,7 *ὀφθαλμοὶ σκοτεινοὶ οὐ πολύφρονας* (corr. *φιλόφρονας*) *σημαίνουσιν*), *ἀρειμανής* adiectivum per *μανικός*, *εὐθυεπής* per *ταχυλόγος*, *ἄκομψος* (Ad. 354,9) per *ἄτολμος* (Ma *ἄτραυλος*) *πρὸς τὸ λέγειν* (Po 225,3).

Neque multum a vero aberrabimus, si epitomatorem opusculum non tam suae exercitationis causa suscepisse quam usui eorum qui praecepta artis physiognomonicae novisse vellent destinasse conicimus. Neque aliud nisi ut quam maxima in haec praecepta redundaret auctoritas adduxisse eum crediderim, ut omissa praefatione Adamantii non huius, sed Polemonis nomen opusculo praefigeret. Nam quamquam fragmentum Matritense *ἀκέφαλον* est neque ante descriptionem formarum aliud nisi *ὅροι ἰδεῶν ἀνθρώπων* praebet, tamen Polemonis nomen in epitomae titulo fuisse maxime probabile duco. Unde enim quaeso Polemonis notitia ad Pseudo-Polemonem venit, cum huic praefatio Adamantiana iam non praesto esset? An hoc tu negare et Pseudo-Polemonem ipsum postquam hanc praefationem omiserit Polemonis nomen mentitum esse statuere mavis? Certe me quidem non habebis assentientem, praesertim cum reputem Pseudo-Polemonem in opusculum suum non solum paraphrasin Adamantianam, sed etiam aliam scriptionem atque hanc quidem Aristotelis nomine, cuius semper summa fuit auctoritas, insignitam recepisse.

Denique et auctorem recensionis, cuius apographum codice Matritensi continetur, et Pseudo-Polemonem ubicunque formam epitomae relinquerent nihil aliud nisi captui eorum qui legerent consulere voluisse non est quod uberius exponam.

Haec fere de ratione quae Polemonis physiognomonicis cum interpretatione Arabica, paraphrasi Adamantiana, excerptis Latinis, fragmento Matritensi, opusculo Pseudo-Polemonis intercedit dicenda esse existimavi.

---

[1]) Pribre loco (225,8) in Po *ὠμόν* in *ὅμως* corruptum est; alter excidit.

[2]) Num falso intellecta verba Aeschyli Pers. 109 *φιλόφρων γὰρ παρασαίνουσα τὸ πρῶτον παράγει βροτὸν εἰς ἄρκυας Ἄτα* eum in errorem deduxerunt?

De codicibus physiognomoniae Pseudo-Polemonis epimetrum.

Pseudo-Polemonis physiognomoniae quattuor [1]) codices ad nos pervenerunt:

1. Monacensis graecus 583
2. Parisiacus gr. 2037
3. Parisiacus gr. 2118
4. Phillippsianus 1576.

Quorum duo priores in censum venire non possunt. Fluxerunt enim ex editione principe quae Romae anno MDXLV ad calcem, ut aiunt, Aeliani prodiit [2]).

Ac Monacensis quidem codex, olim Uffenbachianus, chartaceus formae octavae foliorum 81, anno demum 1656 scriptus ab Hermanno Venio, ut videtur secundum inscriptionem titulo in folio 5 subiectam (*Ἐν Γορκούμῳ ἔτει αχνϛ ἐν μηνὶ Θαργηλιῶνι: Hermannus Venius*), in fronte vel eandem Boni Eventus imaginem acu rasam regione tantum contraria [3]) et iisdem inscriptionibus (*Ἀγαθὸς Δαίμων Bonus Eventus*) circumdatam exhibet quam editio Romana (= R). Etiam inscriptionem quam modo laudavi ad exemplum editionis (*ἐν Ῥώμῃ ἔτει ͵αφμε' μηνὶ γαμηλιῶνι*) factam esse vel haec res digito monstrat quod librarius in numero anni primum φ pro χ scripsit et quamquam protinus correxit, ne quid ambigui remaneret, χ litteram correctae superscripsit. Continet eodem ordine quo R Polemonem (fol. 1—34), Adamantium (fol. 35—68), *Μελάμποδος ἱερογραμματέως περὶ παλμῶν μαντικὴ πρὸς Πτολεμαῖον βασιλέα* (f. 68—79) et *περὶ ἐλαιῶν τοῦ σώματος* (fol. 79—81). Lectiones in margine positae librario ipsi tribuendae esse mihi visae sunt, cum codicem anno qui praeterlapsus est iterum inspicerem. Atque hae quidem sunt emendationes, quarum plurimae ex Adamantio petitae, paucae ex ingenio librarii profectae sunt.

Codex alter, Parisiacus 2037, olim Colbertinus 3825, deinde Regius 3101, chartaceus formae quartae maioris, foliorum 55, dilucide atque nitide saeculo XVI exaratus tantum Polemonem (fol. 1—35) et Melampodis quae modo dixi opuscula (fol. 41—55) continet. Folia quinque (36—40) vacua relicta sunt. Cum tituli deessent, glutinatori accidere potuit, ut folia 1—7, quorum primum partem secundam

[1]) Quid codice, quem olim apud Andronicum archiatrum Corcyrae, ut videtur, Ianus Lascaris inspexit, factum sit, nescio. Describit eum in codice Vatic. gr. 1412 fol. 56b ita: *Πολέμωνος φυσιογνωμονικά, Πολέμωνος ὅροι ἰδεῶν ἀνθρώπων, ἐν τῷ τέλει τινῶν σκευασιῶν ἰατρικῶν βιβλίον μικροῦ μέλανος*, qua de re cf. K. K. Muellerum (Centralblatt für Bibliothekswesen I, 391). — Pomponius Gauricus qui in quarto de sculptura capite Adamantii fere et Aristotelis praecepta sequitur animum induxerat ut Polemonis iam nullum extare codicem crederet (Gronov. thes. ant. gr. IX, 748). — Polemonis autem codex de quo Bonamicus ad Romulum Amasaeum Patavio VI Non. Mart. Anno MDXXXIII scribit (*Tu velim Xenophontem meum quam primum ad me remittas, Aristide autem et Polemone quamdiu voles uti ut tuis* (Marquardi Gudii epp. cur. P. Burmannus, Ultrajecti 1697 p. 116) sine dubio non physiognomoniam, sed declamationes (quae typis primum ab Henrico Stephano anno 1567 traditae sunt) continuit.

[2]) De codice Monacensi hoc iam ante hos decem annos in Herm. vol. X p. 465 monui.

[3]) In editione Romana Bonus Eventus, qui secundum Plinianam (N. H. 34, 77) Euphranoris simulacri descriptionem dextra pateram, sinistra spicam ac papavera tenet, sinistram, in codice dextram spectat.

Polemonis, ὅρους ἰδεῶν ἀνθρώπων (p. 282—310), incipit, foliis 8—35 (p. 169—281) praefigeret. Codex pariter atque Monacensis e R transcriptus est ita ut omnia eius vitia repeterentur, nova inferrentur, nonnulla verba, ut 172,9 ἔθος ἑκάστου — 173,1 ῥᾳδίως καὶ; 228,7 ἄκακα — 8 ἄστοργοι καὶ; 223,9 τὸ ἔκλαμπρον — 234,1 τὸ κοῖλον; 237,2 ὑγρότεροι — 237,3 ὀφθαλμῶν; 262,3 κίζουσιν — 3 πάνυ, omitterentur.

Reliquorum codicum sua est utrique vis atque auctoritas.

Ac prior quidem, Parisiacus gr. 2118 (=P), olim 3494, qui anno 1735 e dono abbatis de Rochelin bibliothecam Regiam intravit,[1]) saeculo XVI litterarum formis minutissimis iisdemque nitidissimis in charta formae sedecimae exaratus, paginis 81 Polemonem (pag. 1—55), Melampodem περὶ παλμῶν (p. 56—76), ἑρμηνείαν τοῦ Βροντολογίου τῶν δώδεκα μηνῶν (inc. p. 77 Μὴν Ἰανουάριος ἔχει ἡμέρας des. p. 81 φθορὰν θρεμμάτων δηλοῖ) continet.

Alter autem, Phillippsianus 1576 (= C), qui olim fuit Guilelmi Pellicerii, episcopi Monspeliensis, ut in Museo Rhenano XL, 453 sq. ostendi,[2]) deinceps Claudii Nauloti Avallonaei, Collegii Claromontani Parisiaci[3]) (n. 293), Gerardi Meermanni[4]) (n. 286), Thomae Phillippsii,[5]) nunc est penes Fenwickium huius generum in urbe Cheltenham 1576, chartaceus formae quartae saeculi XV exeuntis vel XVI ineuntis est. In fronte codicis (pag. 3) primum manu posteriore, quae fuit I. Sirmondi, si verum coniecit Madan,[6]) scriptum est: *Coll. Paris. Jesu Societatis* | Βίβλος φιλοσοφική: | *Philosophicus Liber* | *Liure en Philosophia.* | Σὺν θεῷ. | Πολέμωνός τε καὶ Ἀδαμαντίου | Σοφιστοῦ φυσιογνωμονικῶν | Βιβλία δύο: *Polemonis simul et* | *Adamantii Sophistae Rerum* | *Physiognomonicarum Libelli duo*; deinde alia manu, quae videtur Claudii Nauloti ipsius: Ταύτην ἀνέγνω Ναυλῶτ ὁ κοιλαδεὺς ἔτει σωτῆρος | χριστοῦ | αφογ | *1573*, quae verba eadem manu in fine (pag. 90) post librarii subscriptionem δόξα τῷ θεῷ ἀμήν in hunc modum repetita sunt: ἔτει χῦ αφογ ταύτην | βίβλον ἀνέγνω Κλαύδιος | ὁ Ναυλωτὸς κοιλαδεὺς Ἀβαλ | λωναῖός τε καὶ Αἴδουος: | *Anno Christi 1573 hunc Legens agnoſvit Librum etc. Cl. Naulot, Etc.* Continet codex Polemonem (Πολέμωνος φυσιογνωμονικ~) pag. 5—49, περὶ ἐλαιῶν τοῦ σώματος Μελάμποδος pag. 50—52, deinde alia manu exarata Ἀδαμαντίου σοφιστοῦ φυσιογνωμονικά pag. 53—90, desinentia verbis εἰ δὲ ἅμα ὑγρότητι οἰνόφλυγες (=415,12), quibus manus posterior in margine apposuit verba: ἐν ἄλλ.: μελανότης ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμερώτερον — ζώων τὰ πλεῖω, quae sunt in ed. p. 416,1—2. Correctus est tribus manibus, quarum prima fuit librarii ipsius, qui vel verba omissa vel lectiones varias in margine addidit, secunda vel peccata correxit vel omissa adiecit, tertia in corrigendo acquievit.

Utrumque codicem anno 1880 excussi et de prioris lectionibus nonnullis sciscitantem ea quam semper expertus sum benevolentia Alfredus Iacobus certiorem me fecit.

Ad haec librorum manuscriptorum praesidia accedunt duo, quorum alterum editione principe Romana (R), alterum versione latina continetur. Utraque enim neque e P neque e C fluxit.

Ac Camillus quidem Perusçus, qui editionem Romanam curavit, si horum codicum alterutro usus esset, non tot locis, quibus in illis lectio sana eademque simplex extat, perversa praebuisset,

[1]) In folio primo inscriptio extat: *Donné au Roy par Mr. L'abbé de Rochelin le 15. juin 1735. Sallier.*

[2]) In catalogo codicum manuscriptorum Pellicerii, quem cum commentariolum meum Museo Rhenano insertum prodisset, Omontius anno praeterlapso e codice Par. gr. 3068 typis mandare coepit (Catalogue des Mss. grecs de Guill. Pelicier p. 37), est codex 118.

[3]) Catal. manuscr. codd. coll. Claromont. p. 91.

[4]) Bibl. Meerm. IV p. 45.

[5]) Catal. libr. manuscr. in bibl. D. Thom. Phillipps n. 1576. Haenel catal. libr. manuscr. col. 841 n. 1576.

[6]) Cf. Omontium l. l. p. 12 not. 1.

ut 173,5 σημεῖα ἐξ ὧν τὸ γένος ἀπὸ φυσιογνωμονιῶν (CP ἀποφυσιογνωμονεῖται); 174,7 τὰ γὰρ πάλαι (CP πολλὰ) ἤθη καὶ βουλεύματα; 202,6 οἱ δὲ μεγάλοι (CP μετὰ) τῶν ὀφθαλμῶν κινοῦντες τὰ βλέφαρα; 221,7 μιαιφόνοι (CP μητροφόνοι); 225,3 τραχηλόγους (CP ταχυλόγους); 272,3 τὰ δὲ στέρνα ὑπενθριῶντες (CP ὑπερυθριῶντα); 279,1 μέχλοί εἰσι (P et C^2 in marg. μιαροὶ εἰσὶν. C^1 μιαρὸν εἰς) etc. Et a C codice R quam maxime distat, ut locos qui in C desunt, in R extant indicasse satis sit: 184,4 οἱ δ' εἰσὶ Κρῆτες; 222,9 δὲ ὄντες — 10 μικροί; 261,2 οἱ δ' ὑγροὶ — 3 σημαίνουσι; 271,6 χαρίεντα — 7 κυρτὸν καὶ; 273,4 πάνυ σκληραὶ — 5 αἱ δὲ; 294,2 φιλόκωμος φιλόοινος; 305,5 ἄγαν — 6 πρόσωπον. Sed etiam in P codice, quocum R editioni affinitas quaedam intercedit, satis multa vel omissa vel peccata sunt, quae in R recte extant nec tamen ex Adamantio petita neque e Perusci ingenio profecta esse possunt. Hae sunt primum voculae, quae in P desunt, in R et C recte extant: ἄλλοις 173,7; δὲ 213,7; οἱ ante ἄνδρες οὗτοι 225,5; τε inter τὰ et βλέφαρα 226,6; τῶν inter κυνῶν et γενναίων 241,5; τῶν ante λεόντων 242,8; μὲν inter ἀναισχύντου et σημεῖα 287,4; εἰσὶ 298,8; καὶ 299,4; οἱ ante ἠρινοὶ 301,4; vel quae in C saltem similiter leguntur: σκληρὰ θρὶξ 189,8 (σκληρὰς ἔχων C); πανοῦργον ἄνδρα σημαίνουσαν 281,1 (κακοῦ ἀνδρὸς σημεῖον C). Et in rectis lectionibus, cum P codex pravam exhibeat, R cum C consentit hisce: τά τε σημεῖα (τὰ σημεῖσα P) 183,1; οἱ (ὅσοι P) 200,1; εἰ (οἱ P) 201,5; ἀγρυπνῶν (P ἄγρυπνον) 202,2; τῶν (τοῦ P) 217,7; ἐν (καὶ P) 219,4; ἀνδρός ἐστιν (ἐστὶν ἀνδρὸς P) 242,3; ἄλλων (ἄλλην P) 255,1; ὑπογλωσσότεροι (ὑποχλωρότεροι P) 257,1; παχὺς (παχὼς P) 261,3; αὐθάδη (αὖ θάδη P) 261,5; ἐξίτηλα (ἐξήλια P) 268,1; ἀνανδρότερον (ἀνδρότερον P) 276,1; ἀνθρωπίνων (οὐρανίων P) 282,1; μικρὰ (μακρὰ P) 298,7. Et a genuina lectione ἀγαθῶν R et C, qui ἀλάλων 214,7 praebent, propius absunt quam P, qui ἄλλων habet.

Affinitas autem quam R editioni cum P codice intercedere modo dixi, singulari vel vitiorum communione manifesta fit. Praebet uterque μαντίας (μαντείας C) 170,7; σκοπτομένοις (C om., sed m^2 in marg. σκεπτομένοις) 175,6; εὐμεγέθους (εὖ μεγέθους C) 180,3 et 285,1; κουφόνεες (κουφόνοδε C) 182,5; κερδαλαῖοι (κερδαλέοι C) 182,5; ἑτερόχλοια (ἑτερόχροια C) 195,10; ἐλάττωνες (ἐλάττονες C) 216,9; περιθεωροῦσι (περιτρέχουσι C) 215,5; φονικοὶ (φοινικοὶ C) 235,10; ἡμερωτέρον (ἡμερωτέρα C) 216,9; ἀπίστοις (ἀπιστίαν C) 220,1; προτροπὴ (παρατροπὴ C) 262,6; ἄνανδρον (ἀνδρεῖον C) 266,4; μακροῦ (ἄκρου C) 269,4; ἐπαυρήσασα (ἐπαυξήσασα C) 271,1; ἐπικεκλωσμένον (ἐπικεκλασμένον C) 271,9; δηλὸν (δειλὸν C) 273,3; μικρομέλη (μικρομελῆ C) 293,3; φιλούπνου (φιλύπνου C) 302,1; προβεβλημμένον (προβεβλημένον C) 303,2; πεπλασμένοι (πεπλησμένοι C) 306,3; ὁμόφρονες (ὠμόφρονες C) 309,1.

Iam P codicem e R transcriptum esse cogitare statim desines, ubi eum omnibus quas Peruscus vel ex Adamantio vel de suo in R ingessit correctionibus[1]) corruptelisque liberum esse cognoveris. Ex utroque numero paucas profero. Correctiones sunt: ἀνατετραμμένη (Adam.) pro ἀνατεταμένη 185,9; ἐπίκοινα (Adam.) pro ἐπέκεινα 172,8; κλυζόμενοι (Adam.) pro κλειζόμενοι 205,3; κυάνεαι (Adam.) pro κύανες 215,4; γλαυκότης pro γλαυκότερον 237,2; μετανοεῖν pro μετὰ ζωὴν 244,3; ἀκλινεῖς pro ἀηδεῖς 262,1; ἐκφύσεως pro φύσεως 269,6; ὑπέρινοι pro ὑπεροῖναι 289,6. Corruptelae sunt: Ἱσπάνια pro ἑσπέρια 183,4; ἐθῶν pro ἐτῶν 173,4; χρημάτων pro χρήματον (Adam. φιλοχρήματον) 208,5; εὐλαβεῖς pro

[1]) In praefatione Peruscus τούτων μὲν (Πολέμωνος καὶ Ἀδαμαντίου), inquit, θάτερον ἐξέδωκα, ὅτι διορθώσεως οὐ μικρᾶς ἐνέδει, θάτερον δέ, ὅτι ἐνετετυπώθη μὲν πρότερον, οὐκ ἀκριβῶς δὲ οὐδὲ ὀρθῶς, ὡς ἔσται ἰδεῖν καὶ γνῶναι σαφῶς τοῖς ἀμφότερα συγκρίνασι. Editio Adamantii, quam indicat, est Parisiaca quae anno 1540 prodiit.

εὔλαγεῖς (Adam. *εὐαγεῖς*) 222,2; *σπόνδυλοι τραχεῖς ὦσι* pro *σπονδύλων τραχέων ὄντων* 260,6: *χειρῶν λύσεις* pro *χειλῶν λίσσασα μὴ εὑρισκόμενον ἔχῃ* 262,8: *καταχρέμασιαι* pro *καταχρέμασθαι* 267,2; *διεσθηκνῖαι* pro *διεστηκότες* 282,5 et 299,1.

Itaque nihil restat nisi ut P et R ex eodem fonte, quem y littera significemus, manavisse dicamus.

Neque alia ratio inter C et eum codicem intercessit qui Nicolao Petreio Polemonis opusculum latine interpretanti praesto fuit. Cuius versio Venetiis anno 1552 lucem vidit in libello qui inscriptus est: *Meletii Philosophi de natura structuraque hominis opus /Polemonis Atheniensis insignis Philosophi naturae signorum interpretationis/ Hippocratis de hominis structura /Dioclis ad Antigonum Regem de tuenda valetudine Epistola/ Melampi de Nevis Corporis Tractatus.*[1])

Nam quae facile cuipiam arrideat opinio editionem Romanam quae paucis annis ante lucem vidit a Petreio usurpatam esse, cum magna lectionum diversitate tum verbis in illa extantibus, ab hoc omissis redarguitur.

Eaedem res impediunt quominus P codicem Petreio in manibus fuisse statuatur. Contra inter C et Petrei versionem insignis et lacunarum et lectionum consensio est. Nam etiam Petrei versio verba quae in C desunt, *οἱ δ' εἰσὶ Κρῆτες* 184,4 et *οἱ δὲ ὑγροὶ τράχηλοι* 261,2—3 *σημαίνουσι* omisit et seriem enuntiatorum 240,2 sq. eundem in modum atque C mutatam exhibet (*aures elaboratae quasi sculptae et si valde rotundae fuerint, rudioris naturae sunt. aures excavatae prudentem virum denotant;* C: *ὦτα διάγλυφα καὶ στρογγύλα, εἰ καὶ λίαν εἰσίν, ἀμαθῆ δηλοῦσιν· ὦτα διαγεγλυμμένα συνετὸν ἄνδρα δηλοῦσιν*); item p. 300,3 sq. aeque atque C signa garruli (*λάλον*) et somnolenti (*φιλύπνον*) libidinoso (*λάγνῳ*) anteposuit. Neque C codex cum 248,6 verba exhibeat *ἐστὶ γὰρ ἀνιαρὸν πρόσωπον καὶ σπουδῆς πλῆρες καὶ παιδίας καὶ εὐβουλίας καὶ ἀμειδὲς καὶ ὀδυρτικὸν καὶ ὑπονοίας πλῆρες*[2]) *καὶ ἐγρήγορον* (quae in P et R ita leguntur: *ἔστι γὰρ καὶ ἀνιαρὸν πρόσωπον καὶ σπουδῆς πλῆρες καὶ παιδείας καὶ εὐβουλίας καὶ ἀπονοίας καὶ ἀμειδὲς καὶ ὀδυρτικὸν καὶ ἐγρήγορον*) non a Petrei partibus stat vertentis: *ex ipsa namque facie anxietas studium multum disciplina ac rectum consilium, tristitia, luctus nec non suspitio vigilantisque naturae mos.*

Lectionis autem inter C et Petreium consensus his exemplis apertus fiet. Praebent

254,2 C: *ἀγαθὰ καὶ τούτοις τὰ ἤθη* (*νοήματά εἰσιν* PR) et Petreius: *et hos probis moribus praeditos indicabis*

254,4 C: *καὶ ὑψηλὰ νοοῦντες* (*νοοῦσι* PR) et Petr.: *atque excelsa cogitantes habentur*

260,1 C: *εἰ δὲ καὶ ἄλλα καὶ ἄλλα* (*καὶ ἄλλα* om. PR) *συμβαίνουσι* et Petr.: *si plura alia atque alia accedant indicia*

262,4 C: *διερεθοῦσιν* (*διορθοῦσιν* PR) *αὐτούς* et Petr.: *seseque ipsos irritant*

275,8 C.: *κνῆμαι εὖ ἔχουσαι μεγέθους διηρθρωμέναι στερεὰς γενναῖον* (*γέννας* PR) *ἄνδρα δηλοῦσι καὶ εὐφυῆ* et Petr.: *tibiae in homine moderatae magnitudinis dearticulatae generosi animi praeclarique ingenii argumenta testantur*

291,2 C: *ἰσχυρὸς παχὺς* (*ἰσχνὸς παχὺ* PR) et Petr.: *fortis carnulentus.*

---

[1]) Alia versio latina, quae a Carolo Montecuccolo anno 1607 facta, postea a Francisco, huius fratre, in Italam linguam translata est et Mutinae anno 1612 prodiit, editionem Romanam sequitur, sed ita ut prooemio omisso statim a capitis descriptione incipiat. Versio itala saepius (Patavii 1623, Venetiis 1644 et 1668) repetita est.

[2]) Verba *καὶ ὑπονοίας πλῆρες* manu prima in margine posita sunt.

Ex eiusmodi consensu ne ipsum C codicem Petreio in manibus fuisse concludas, iam suadere videntur loci quos C praebet, Petreius omisit, ut 221,7 *καὶ μητροφόνοι*; 265,1 *εἰ δὲ ἐκτὸς — 3 οὐκ εἶναι θρασύν*; nullam enim interpreti difficultatem praebent. At si quis his nondum sibi persuasum esse dicat, quaevis dubitatio tolletur locis satis multis quos C omisit, Petreius vertit, ut 222,9 *δὲ ὄντες — 10 μικροὶ (sed si idem oculi aridiusculi conspicientur, impietatis eos insimulare non dubitabis; si vero parvi)*; 271,6 *χαρίεντα — 7 κυρτὸν καὶ (prudentis et hilaris naturae ac munificae signum indicandum dorsum convexum et humeri)*; 273,4 *αἱ δὲ πάνυ σκληραὶ — 5 ἄνδρα (cum vero plus nimio latae carnosaeque inspicientur, rudis indocilisque naturae argumenta sunt)*; 294,2 *φιλόκωμος φιλόοινος (comam nutriens ac vino deditus)*; 295,4 *καὶ λειότερα καὶ ἠπιώτερα (ac plus levoris habentia)*; 305,5 *ἄγαν μικρὸν — 6 τὸ πρόσωπον (qui perexigua facie sunt, improbos recte dixeris et sceleribus infectos: hoc praesertim ad simiarum naturam refertur. Quos abiecta facie atque illiberali cernes)*, quibus addas voces singulas, quae in C desunt, a Petreio lectae sunt, ut 185,1 *πολλοὺς* ante *ἀπὸ ἄλλων ἐθνῶν (magna mortalium copia ex aliis in alias regiones incolendas migrare soleat)*; 248,4 *εἰς* ante *τὸ πρόσωπον (in facie)*; 206,4 *ἄριστα* ante *ἤθη (optimis moribus)*; 274,1 *πάνυ* inter *ἰσχναὶ (ἰσχυραὶ C)* et *καὶ κεναὶ (si vero in aliquo valde inanem macilentumque inspexeris ventrem)*. Atque ultimus locus simul exemplum lectionis in C et Petr. diversae praebet. In C enim non quod Petreius agnoscit *ἰσχναί*, sed *ἰσχυραὶ* extat, aeque atque 291,4 non lectio Petrei *εὐθύθριξ (protenso capillo)* sed *εὔθριξ*; 262,3 non *κεκλασμένους (valde fractum)*, sed *κεκλεισμένους*; 195,8 non *ἀνόητοι (stolidi)*, sed *ἀνόνητοι*; 196,1 non *τελέσουσι (patrabunt)*, sed *τελειοῦσιν*; 210,7 non *φιλόκυνον (canibus oblectantem)*, sed (manu prima in margine) *φιλόσσαυον*; 242,5 non *μοιχοὶ (adulteria patrantem)*, sed *μικροί*; 246,5 non *ῥαθυμίαν καὶ οἰνοφλυγίαν τοῦ ἀνδρὸς (inertiam hominis ebriositatemque)*, sed *ῥάθυμον καὶ οἰνόφλυγα ἄνδρα*; 296,5 non *τὸ διάφορον τῶν σημείων (horum signorum differentia)*, sed *τὸν δὲ διαφορούντων σημείων*; denique 297,2 non *πιθασσοί εἰσι (mites sunt)*, sed *πιπᾶσθαι σοὶ εἰσι*.

Iam si quis hanc lectionum diversitatem ita explicatum eat, ut Petreium C quidem codicem ducem secutum esse, sed ubicunque is pravam lectionem exhibere videretur editionem Romanam adiisse contendat, ne haec quidem opinio probabitur inspicienti locos qui in C manifesto quidem labem contraxerunt, a Petreio autem aliter redditi sunt atque reddi eos consentaneum erat, si editio Romana adhibita esset.

Atque ut initium faciam a loco qui in C plane deest Petreius verba 273,4 *αἱ δὲ πάνυ σκληραὶ καὶ σαρκώδεις ἀμαθῆ σημαίνουσιν ἄνδρα* reddens: *cum vero plus nimio latae carnosaeque inspicientur, rudis indocilisque naturae argumenta sunt*, non *σκληραὶ* lectionem editionis Romanae, sed *εὐρεῖαι* ante oculos habuit. Ab hoc proxime abest locus 185,1 *πλὴν ἡ αἰτία τοῦ ποικίλους εἶναι πολλοὺς λέληθεν εἰ μὴ διὰ τὸ πολλοὺς ἀπὸ ἄλλων ἐθνῶν εἰς ἕτερα μετελθόντας κατοικῆσαι*, quem cum Petreius ita vertit: *causam autem absolvimus, cur haec pluribus in locis varientur, quod scilicet magna mortalium copia ex aliis in alias regiones incolendas migrare soleat*, verba *τὸ πολλοὺς* quidem, quae in C desunt, in PR extant, agnovit, quae vero his in sola R antecedunt *εἰ μὴ διὰ* non item. Neque a C pravam lectionem exhibente dissentiens Petreius cum R consentit his locis:

242,2 C habet: *οἱ δὲ πάνυ μικρὰ βλέπει, παλινβούλεται κατηγόρου ἀνδρός ἐστιν* (P: *εἰ δὲ πάνυ μικρὰ βλέπει καὶ πάλιν βούλεται κατηγόρου ἐστὶν ἀνδρός*), R: *εἰ δὲ πάνυ μικρὰν βλέπεις, παλιμβούλου κατηγόρημα ἀνδρός ἐστιν*. Petr.: *qui naso plus nimium brevi fuerit praeditus, accusatorem esse ac delatorem censeas.*[1])

[1]) Cf. Adam. 401,5 *ἡ δὲ πάνυ μικρὰ (ῥὶς) κλεπτοσύνης καὶ παλιμβουλίας κατήγορος.*

244,2 C (et P): εἰ δὲ κεφαλῆς ἅμα ἐπικείμενον ἐπιστενάζει, μετὰ ζωὴν ἔοικε κακόν τι ποιῶν ἢ ἰδών, R: εἰ δὲ κεφαλῆς ἅμα ἐπικινουμένης ἐπιστενάζει, μετανοεῖν ἔοικε κακόν τι ποιῶν ἢ ἰδών, Petr.: *qui caput agitantes suspiria edunt, scelere aliquo vitam deturpasse videntur* [1]).

260,6 C (et P): ὅσοις δὲ τῶν ἐπαλλενίων (ἐπαυχενίων P γρ. ἐπαυχενίων C m[1] in marg.) σπονδύλων (σποιδίλων P) τραχέων ὄντων πολὺ τῶν ἄλλων εἰσὶ τραχύτεροι ἄνδρες, R: ὅσοις δὲ τῶν ἐπαυχενίων σπόνδυλοι τραχεῖς ὦσι, πολὺ τῶν ἄλλων εἰσὶ τραχύτεροι ἄνδρες, Petr.: *qui autem vertebram cervicis asperam continent, hos morum asperitate prae ceteris natura notavit* [2]).

261,6 C (et P): τραχεῖς (τραχεῖς P) δὲ ἀσθενεῖς (ἀσθενεῖς P) γίνονται διὰ μωρίαν, οἷς καὶ τἄλλα (τὰ ἄλλα P) σημεῖα συμβαίνει, R: τράχηλοι δὲ ἀσθενεῖς γίνονται διὰ μωρίαν, οἷς καὶ τὰ ἄλλα σημεῖα συμβαίνει, Petr.: *asperitas vero in collo, cui si et alia signa concurrant, hominem ab insania correptum iri testatur* [3]).

263,1 C (et P): καὶ οἱ τροχοι (τραχοὶ P) αὐτῶν οὐ διαρκῶς πεπνυμένοι (πεπηγμένοι P) εἶναι δύνανται, ἀλλ' ὑποτρέμουσι ἅτε τῆς τάσεως αὐτῶν βιαζομένης, R: καὶ οἱ τράχηλοι αὐτῶν εἰ διαρκῶσι πεπηγμένοι εἶναι, ἀλλ' ὑποτρέμουσιν ἅτε τῆς τάσεως αὐτῶν βιαζομένης, Petr.: *collum non valide in ipsis spondilis compactum, sed tremens utpote ab extensione ipsius violenta* [4]).

Verba Po 189,8 quae respondent Adamantianis 418,2 πυκνότης τριχῶν ἄκρα θηριώδης et Matritensibus πυκνότης τριχῶν. ἄκρως θηριώδη ἄνδρα σημαίνει, in R ita leguntur: σκληρὰ θρὶξ θηριώδη ἄνδρα δηλοῖ et a Petreio ita reddita sunt: *capillorum asperitas ferinos mores denotat.* P verba σκληρὰ θρὶξ omisit, C eorum loco σκληρὰς ἔχων exhibet. Iam si Petreius hac C codicis lectione desperata editionem Romanam adiisset, non *capillorum asperitas*, sed *capillus asper* dixisset. Patet igitur codicem quem usurpavit lectionem σκληρότης τριχῶν, cuius vestigia satis dilucide in corruptiore C codicis lectione σκληρὰς ἔχων dispiciuntur, vel huic simillimam praebuisse. σκληρότης pro πυκνότης positum fortasse Pseudo-Polemoni ipsi tribuendum est.

Neque ab hac opinione abripi me patiar paucis iis lectionibus, in quibus R et Petreius concinunt. Has enim in suo utrumque codice repperisse concedere si reformidas, e suo utrumque, quippe qui vir doctus fuerit, ingenio promere potuisse non negabis. Inspicias modo locos:

305,12 R: ἰώδεις εἰς δὲ τοὺς τομίας κίναιδοι (χοιρώδεις CP), Petr.: *quibus vero ad anteriores seccantes dentes labia intumuerint, ad cinedorum vitium declinant.*

289,6 R: κινεῖται ὥσπερ ὑπέρινοι (ὑπεροῖναι CP), Petr.: *quemadmodum quae effoeta sunt assidue motat.*

291,5 μικροῦ σημεῖα. R: φθέγγεται σφοδρόν, εὐθύθριξ, μελάνθριξ, ἐν τῷ ἀσθενεῖν χεῖρας συγκροτεῖ (συγκροτεῖν CP) ἢ ἀνατρίβει (ἀνατρίβειν CP) καὶ πολλάκις πόδας ἐπιρρήσσει (ἐπιρήσσειν CP), Petr.: *est — protenso ac nigro capillo: cum debilitatur, manus collidit atque conterit. Saepenumero pedes proicit.* [5])

---

[1]) Cf. Adam. 427,8 εἰ δὲ κεφαλὴν ἐπικινῶν ἅμα ἐπιστένει, μετανοεῖν ἔοικεν κακόν τι δράσας ἢ εἰπών.

[2]) Cf. Adam. 392,5 ὅσοις δὲ τῶν ἐπαυχενίων σπονδύλων τραχέων ὄντων ἐξέχει πολὺ τῶν ἄλλων ὁ κατὰ τὴν συμβολὴν — οὗτοι ὑβρισταί.

[3]) Cf. Adam. 393,3 καὶ δὲ διὰ μωρίαν γίνονται ἀκλινεῖς τράχηλοι, οἷς καὶ τὰ ἄλλα σημεῖα συμβαίνει.

[4]) Cf. Adam. 394,3 καὶ γὰρ οἱ τράχηλοι αὐτῶν οὐ διαρκῶς πεπηγέναι δύνανται, ἀλλ' ὑποτρέμουσιν ἅτε τῆς στάσεως βιαζομένης.

[5]) Cf. Adam. 441,2 μικρὸν δὲ ἄνδρα χρὴ — φθέγγεσθαι σφοδρόν, ἀσθμαίνειν, χεῖρας συγκροτεῖν ἢ ἀνατρίβειν, πολλάκις πόδας ἐπιρρήσσειν.

239,9 R: *ὦτα μικρὰ ἑστηκότα καὶ ὥσπερ κυνῶν ὑπάρχοντα μωρὸν ἄνδρα κατηγοροῦσιν.* *κυνῶν* vocem, quae in P omissa et in C cum *φύλλων* mutata est, etiam Petreius agnovit vertens: *et quasi caninae*, nam quod nunc legitur *caminae* nihil nisi formarum vitium est. Atque hanc quidem lectionem si quis Pseudo-Polemonis ipsius esse contendat, equidem cum eo non digladiabor, sed offensionem aliquam habere, praesertim si cum Adamantio 406,5 *ἑστῶτα δὲ λίαν μικρὰ καὶ ὥσπερ περιτετμημένα μωροί* comparetur,[1]) haud negaverim neque genuinam esse spondeam, immo vero cogitari posse crediderim auctorem *κυλλὰ* scripsisse[2]) et ex hac voce in archetypo corrupta et *φύλλων* C codicis et eam lectionem ortam esse, cuius vestigiis insistentes R et Petreius *κυνῶν* coniecerint.

Similis res est in lectione *ὡς ταῦρος* valde suspecta qua R et Petr. in androgyni specie conspirant 290,7 *γονάτων κρότος καὶ χειρῶν φαίνεται· ὡς ταῦρος περιβλέπει εἰς ἑαυτὸν καὶ καταβλέπει.* Petr. vertit: *genua cum manibus stridula, ut taurus ostendit, circumspicit sese ac infra aspicit.* C eius loco *ὡς ἀνάγαυρος*, P, quocum Ma (*γονύκροτος χειρῶν φέρεται ὡς ἀνάταυρος παραβλέπει καὶ περιβλέπει*) facit, *ὡς ἀνάταυρος* praebet.[3]) Lectionem genuinam *ὡσὰν γαῦρος* vel *ὡσὰν ταώς*[4]) fuisse et ex hac, ubi in *ἀνάταυρος* corrupta est, R et Petreium *ὡς ταῦρος*, nisi iam in suis codicibus deprehenderint, *ἀκοντὶ* elicuisse putaverim.

Finem facio loco aptissimo ad scrupulum si qui remanserit evellendum 305,6 *οἱ τὸ πρόσωπον ἄγαν μικρὸν ἔχοντες κακοῦργοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ὄνους.* Talem in modum locus qui in C plane excidit in P et R scriptus est. Petreium autem, qui vertit: *qui perexigna facie sunt, improbos recte dixeris et sceleribus infectos: hoc praesertim ad simiarum naturam refertur*, non editionem Romanam consuluisse, sed *πιθήκους* pro *ὄνους* legisse patet. Atque huic lectioni (*πιθήκους*) non tam Aristotelicae physiognomoniae auctoritas quam rerum convenientia patrocinari videtur. Nam qui totum Pseudo-Polemonis locum 305,4 *οἱ τὸ πρόσωπον ἄγαν μικρὸν ἔχοντες κακοῦργοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ὄνους. οἱ τὸ πρόσωπον μικροπρεπὲς ἔχοντες μικρόψυχοι ἀνελεύθεροι* cum Aristot. 126,3 (=811b 8) *οἱ μικρὰ τὰ πρόσωπα ἔχοντες μικρόψυχοι· ἀναφέρεται ἐπὶ αἴλουρον καὶ πίθηκον. οἷς τὰ πρόσωπα μεγάλα, νωθροί· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ὄνους καὶ βοῦς. ἐπεὶ δὲ οὔτε μικρὸν οὔτε μέγα δεῖ εἶναι, ἡ μέση ἕξις εἴη ἂν τούτων ἐπιεικής. οἷς δὲ τὸ πρόσωπον φαίνεται μικροπρεπές, ἀνελεύθεροι· ἀναφέρεται ἐπὶ τὴν ἐπιπρέπειαν* comparaverit, illum huius vestigia maximam partem deseruisse et canones obtruncasse confitebitur; *μικρὸν* autem *πρόσωπον* et quae huic a Po assignatur malignitas (*κακοῦργοι*) non asinis sed simiis convenire videtur. Confer enim ex una parte Arist. 130,1 (=811b 22) *οἱ δὲ κοίλους ἔχοντες (τοὺς ὀφθαλμοὺς) κακοῦργοι· ἀναφέρεται ἐπὶ πίθηκον*, Adam. 372,10 *εἰ πάνυ κοῖλοι (ὀφθαλμοί), κακοήθεις εἰσί, καὶ πίθηκον ἐννόει.* quocum Ar. facit: *qui vero caviores sunt, indices perfectae malitiae sunt, ut simiarum oculi*, Loxum in Anecd. 166,29 *simia est animal malignum* et 169,5 *simiae malignitatem*, Arist. 128,6 (=811b 18), ex altera parte Arist. 130,2 (=811b 23) *ὅσοι ἐξόφθαλμοι, ἀβέλτεροι· ἀναφέρεται ἐπὶ τὴν ἐπιπρέπειάν τε καὶ τοὺς ὄνους;* 132,4 (=811b 30) *οἱ δὲ περιφερὲς ἔχοντες (μέτωπον) ἀναίσθητοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ὄνους:* 136,3 (=812a 7) *οἱ δὲ μικρὰν (κεφαλὴν ἔχοντες) ἀναίσθητοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ὄνους.* Adam. 373,1 *εἰ δὲ προπαλεῖς* (corr. *προπαγεῖς*)

---

[1]) Ma hoc loco deficit.


[2]) *Οὖς κυλλὸν* est apud Hippocratem *περὶ ἄρθρων* III, 186 K.

[3]) Apud Adamantium 440,7 nihil nisi *χειρῶν φορὰ ὕπτια, περιβλέπει ἑαυτὸν* legitur et additamentum de quo nos agimus quoniam neque in Ar neque in La extat, epitomatori Adamantii tribuendum esse veri simillimum duco.

[4]) Cf. Aelian. de nat. anim. V, 21.

κεῖεν ὀφθαλμοί, ἀνοήτου καὶ ὑβριστοῦ, ὥσπερ ὄνου. Itaque sane *πιθήκους* sive Petreius in codice suo invenit[1]) sive excogitavit iustam esse lectionem putaverim. Sed etiamsi quis *simiarum* in Petrei versione calami tantum vel formarum errore pro *asinorum* extare diceret, Petreium editionem Romanam adhibuisse inde minime consequeretur, immo vero *ὄνων*, cum etiam in P legatur, scripturam archetypi fuisse statuendum esset.

Quae cum ita sint cum C et codex Petrei ex eodem fonte (= z) fluxerint, z autem in lectionibus probis et pravis cum y, qui fuit fons codicis P et editionis Romanae, partim consonet, partim discrepet, historia rationis qua Pseudo-Polemonis physiognomonia ad nostram aetatem pervenit hoc tibi stemmate illustratur.



Quot quantisque vitiis iam liber archetypus (x) inquinatus fuerit cum iam e locis quos in medium protuli abunde eluceat, exponere supervacaneum videtur.

[1]) *Ἀναφέρεται ἐπὶ τὰς αἶγας* lectionem quae est in margine C codicis manu secunda posita Petreius 303,6 invenit vertens: *hoc ad caprarum genus refertur.* In textu C codicis pro *τὰς αἶγας* est *τοὺς πιστοὺς ἀένω*, in P et R aeque atque apud Arist. 119,3 (= 811b 29) *τοὺς ὗς.*

Iam hac quaestione quae tantum philologorum animos allicere possit relicta e scholae umbra in vitae lucem egrediendum officiumque unum omnium laetissimum obeundum est.

Appropinquat enim dies faustissimus quo nullus pulchrior, nullus carior Germanis illucescit, quo Augustissimus Gloriosissimus Clementissimus Princeps, Germanorum Imperator Rex Borussiae GVILELMVS lucem adspexit. Hunc diem cum universa patria academia nostra ut exoptavit, ita votis pientissimis salutabit. Indicenda igitur sunt sollemnia, quae ab Universitate Christiana Albertina in magna aula die XXII mensis Martii hora I post meridiem celebrabuntur, in quibus communem omnium laetitiam oratio ab eloquentiae professore publice constituto, Richardo Foerster, h. t. rectore magnifico, patrio sermone habenda interpretabitur.

His sollemnibus ut prompto lubentique animo interesse velint ea qua par est observantia magistratus Imperatorios Regios perillustres cum civiles tum militares, magistratus urbicos summe colendos, sacrorum antistites maxume reverendos, gymnasii et scholae realis superioris rectores et praeceptores honoratissimos nec non viros spectatissimos ornatissimosque qui aliquo officii vel studiorum vinculo cum academia nostra coniuncti sunt, denique urbis incolas et quicunque patriae nostrae favent cupiuntque, rogatos invitatos esse volunt Rector et Consistorium academicum Universitatis Kiliensis.

Dabamus Kiliae Holsatorum die XII mensis Martii MDCCCLXXXVI.